

A
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24



Nr.	Präses	
1	Thomafius	Delineatio historiae juris.
2	Hildebrand	Prolegomena juris universi.
3	Knorre	Observatt. ad proemium institutionum.
4	Mueller	De quinquennio studii juris.
5	Elend	Utrum methodus demonstrativa in juris- prudentia civili adhiberi queat
6	Wolf	De feto philosopho.
7	Bruchner	- iustitia Romanorum.
8	Hokeisel	- principis jur. Nat. de interpret. et de antiqu.
9	Gerdesius	- juris prudentia non papizante.
10	Birnbaum	- insigni Physicae utilitate in juris prudentia.
11	Reinhard	- septem legibus damnatis ff. crucibus fetorum
12	Brunquell	- preferentia juris Serm. pugnantis cum f. ff.
13	Hoch	- fictionibus juris.
14	Freiber	Neq. universalem neq. particularem iustitiam jurisprudentia
15	Thomafius	De iudiciis morum.
16	Cocceji	- iudiciis morum.
17	Thomafius	- morum cum iure scripto contentione.
18	Struv	- consuetudinibus rationalibus & irrat.
19	Schmalz	- legum et consuet. in iure R. fontibus.
20	Thomafius	- felicitate subditorum Brandenburg. de constantia
21	Reuter	- dominio quiritario seu bonitario.
22	Brommann	- revocatione privilegiorum licita
23	Thomafius	- hominibus propriis et liberis Germanorum
24	Schroeder	- notione rusticorum Germaniae.

Nr.	Praefides	
25	Pertsch	De divisione operarum in Determinatas & indetermin.
26	Krome	- different. iur. S. et R. in Nobilitate & adoptiva.
27	Thomafius	- existimatione fama & infamia extra Rempt.
28	Heineccius	- levis nota macula.
29	Crell	- adoptione in locum fratris n. monstrosa.
30	Knittels	abgottsaun gobusts madre.
31	Stoyck	De privilegiis titulo onerosi quaesitis
32	Giegler	- iuribus Iudeorum.
33	Wildvogel	- Iudeorum receptione.
34	Schults	- Fuedis.
35	Kaysler	- Autonomia Iudeorum.

KS 426
19

QUOD DEUS TER; OPT. MAXIMUS FELIX FAU-
STUMQUE ESSE JUBEAT!

AUTORITATE ET SUFFRAGIO

MAGNIFICI JURISCONSULTORVM ORDINIS IN
INCLYTO ATHENÆO SALANO
PRÆSIDE

DN. GEORGIO ADAMO

Struven/HEREDITARIO in Ulstädt/&c.

JCTO ATq; ANTECESSORE LONGE CELEBER-
RIMO, CONSILIARIO SAXONICO, CURIÆ PROVINCIALIS
ET SCABINATUS ASSESSORE GRAVISSIMO, FACULTATIS SUÆ SE-
NIOR: DOMINO PATRONO, PRÆCEPTORE ET BENEFICIIS
QUASI PARENTE NULLA NON FILIALI OBSERVAN-
TIA ÆTATEM SUSPICIENDO

RACEMATIONES JURIDICAS

DE

CONSVETUDI-

NIBUS, RATIONABILIBUS
ET IRRATIONABILIBUS,

PVBLICE EXAMINANDAS SISTIT IN ACROA-
TERIO JCTORUM HORIS CONSVETIS

THEODORICUS Meerbach/Ernstrodâ
Thüring.

AUTOR ET RESPONDENS.

JENÆ,

Typis JOHANNIS NISL. Ao. 1667.



QUOD DEUS TRINITATIS MAXIMUS LITAN

STIMON EST LITAN

AUTORITATE ET LITAN GIO

MAXIMUS TRINITATIS CONSTITUTUM ORDINIS

IN LITAN

MAXIMUS TRINITATIS

MAXIMUS TRINITATIS

MAXIMUS TRINITATIS

MAXIMUS TRINITATIS

MAXIMUS TRINITATIS

MAXIMUS TRINITATIS

MAXIMUS TRINITATIS

MAXIMUS TRINITATIS

MAXIMUS TRINITATIS

MAXIMUS TRINITATIS

MAXIMUS TRINITATIS

MAXIMUS TRINITATIS

MAXIMUS TRINITATIS

MAXIMUS TRINITATIS

MAXIMUS TRINITATIS

MAXIMUS TRINITATIS

MAXIMUS TRINITATIS

MAXIMUS TRINITATIS

MAXIMUS TRINITATIS

MAXIMUS TRINITATIS

MAXIMUS TRINITATIS

MAXIMUS TRINITATIS





DUCE ET AUSPICE CHRISTO.

PARASCEVE.



Uui ad verem & solidam jurisprudentiæ aspi-
 rare solent notitiam, ingenii nervos eò pleriq;
 intendunt, ut ea, quæ scitu necessaria sunt, & in
 vita civili usuque forensi recepta præ cæteris sibi
 inculcent, ne Senecæ reprehensionem incur-
 rant, sic dicentis; necessaria ignoramus, quia
 non necessaria discimus. Nam qui LL. modò subtilitatem sequun-
 tur, his evenit, ut si forum accedant, in alterum se orbem delatos
 putent, & canente Poëta: *Ad rem cum ventum est, usus moresq; re-
 pugnent.* Cum verò ea, quæ usu & consuetudine sunt inducta, juxtim
 ac rectæ rationi innixa sunt, non tantum legum vim & autoritatē
 obtinent. *S. g. f. d. i. n. g. & c.* Sed etiam illis ipsis derogant, LLq;
 ut plurimum eludunt. *l. 32. §. 1. inf. ff. h. t. Sutholt. D. 1. apb. 39.*
 contra verò illi, qui novos mores novasque consuetudines omni
 ratione & fundamento sæpe destitutas sibi fingunt, eò majus sæ-
 pissime capiunt detrimentum, quo plus emolumenti inde expe-
 ctabant. Hinc meritò. *l. 1. pr. ff. d. susp. tut. l. legavi. 25. ff. d. li-
 ber. legat. l. 1. ff. ad exhibend. l. pen. C. d. fidejuss.* commonemur, ut,
 si studiis nostris salutis Reip. consulere velimus, ad quotidiana &
 usu frequentia animum intentius applicemus. Pœniteat enim,
 unumquemque in re ab usu remotissimâ multum operæ collocare
Wesenb. in ff. inf. d. vulg. & pupill. subst. Ideoq; materiam *de Con-
 suetudinibus tam rationabilibus quàm irrationabilibus*, sicuti in sua
 natura obscuram & ferè intricabilem, ita Themidos atriis utilissi-
 mam & frequentissimam (non secundum omnes ipsius apices, sed
 extantiores duntaxat partes) non sine summorum Virorum auspi-
 cio pertractandam institui, nec quidem pro materiæ subjectæ am-
 plitudine, sed ingenii, si quid ingenii in me erit, viribus, quas, divi-
 vâ aspirante gratia, in patentissimo hoc scribendi campo pericli-
 tari,

tari, in præsentia satis habeo; quæ sanè instituti ratio cuiusvis æ-
quanimitati facile respondebit. Arrodant interea Theonino den-
te, quibus volupe est, tarpant & cavillentur, quantum possunt. Ego
conscientiâ meâ fretus sincerè in allegandis Dd. scriptis versatus
sum, de que omnibus, quorum opera usus sum, mentionem feci, ne
alteri, quod suum est, (ut Bartoli verbis in l. 8. §. 6. ff. d. nov. oper.
nunciat. n. 10. contra Andream de Pisis utar) furari videar. Ne
autem illotis, ut dicitur, rem tractem manibus, neque ordinem,
quò nihil pulcrius. l. 1. ff. si tab. test. nul. ext. invertere videar, ea
servanda nobis eris methodus, ut tota Disputatio dispescatur IN
DUAS SECTIONES. In prima considerabimus *Consuetudinem in
genere, quæ IV. absolvitur Articulis*. Imus disquirat *Etymologiam.*
*II. Homonymiam. III. Synonymiam. IV. Definitionem, per causam
efficientem, subjectum, objectum formam & finem explicando.*

ALTERA SECTIO exhibet *consuetudinis Divisiones, & quidem,
ARTICULUS I. disquirat Consuetudinem universalem & parti-
cularem. II. Rationabilem & irrationabilem. III. Probationem
& Conservationem. IV. & ultimus Interpretationem, Effectum, &
Contraria.*

Antequam verò me ad tractationis hujus telam accingo per-
texendam, Deum OPT. MAX. omnis justitiæ Sacerdotem, qui
principium, medium ac terminus est Nov. 109. supplex ac devo-
tus veneror, ut animi conatum gratiose secundet. Sic universa be-
ne geruntur & competenter, si modò principium fiat decens &
amabile Deo. Nov. quomodo oporteat 6. in fin. pref. Jacta itaq;
esto, auspice & cooperante omnis justitiæ fonte, hujus exercitiî
alea.

SECTIO I.

DE

CONSVETUDINE IN GENERE.

ARTICULUS I. EXHIBET

ETYMOLOGIAM.

Aphorif. I.

Diffusam per omne forum juxta ac per omnia judicia materiam
tractaturus imitandas præposui sedulas apes, quæ flores ad mel
confi-

conficiendum idoneos carpunt, & quicquid attulere, disponunt, & per favos digerunt. Sic quæ de *Consuetudinibus* sparsa apud Dd. aliosq; scriptores inveni, delibavi, in hanc contuli disputationem, ut certis inclusa aphorismis ad disputandum proponeretur. Cum verò tritissimum axioma Philosophorum sit: Rerum quidem potiorem *arg. l. 3. ff. d. adim. vel transf. legat. nominum* tamen priorem rationē esse habendam, quos etiam summi Sacerdotes justitiæ imitantur, præ cæteris exemplo comprobant Ulpian. *l. 1. in pr. ff. d. 7. 7. l. 1. §. 1. d. pact. l. 1. §. 1. d. tut. & t. d. V. S.* & Scaliger. *i. Ex. sect. 1.* dicens: Ad rerum cognitionem tanquam manu ducimur. add. *Coras. miscell. jur. lib. 3. c. 29.* Non igitur extra oleas vagari videbor, si eorum prælaudatorum vestigiis insistam. Sic itaque omnium primū, paucissimis tamen, naturam & originem Consuetudinis indagabimus.

II. Vocabuli Consuetudinis Romanos autores extitisse, nullus dubito, quin pro comperto habeatur. Natalia autem sua vera cui debeat, inter Grammaticos ferè disceptatur. Cujacio deductum videtur in *Julian. ad l. 32. §. 1. ff. d. ll. à consuo, à præpositio. ne inseparabili con,* quod idem significat ac *simul* vel *cum*, atque sic *consuo* est *cum* vel *simul suo*, eò autem dicitur, quòd ex pluribus populi factis, ut & quotidiano hominum usu quasi consuatur. Hinc *consvesco* quasi applicor seu componor ad aliquid agendum vel patiendum, ita ut *consuetudinem faciam.* Inde *consuetudo* & *consuefactio.* Verū nobis huic Etymo, utut verisimili, nihil tamen detrahentibus magis arridet hæc vocis originatio, quæ scil. natalia refert ad verbum antiquum *svesco*, quod licet vix ac ne vix quidem repereris, sed pro isto composita ejus frequentia leguntur, præprimis *consvesco*, quod notat frequenter & quotidie agendo consuetudinem inducere, *eines Dinges gewohnen.*

III. Cū verò nulla appareat ratio, cur appositæ notationi me subscribere recusem, intrepidè illam amplector, ne ad allusivam abire videamur, si ipsius textus verbis inhæreamus in *c. consuetudo §. porro. dist. i.* ubi non sine ratione consuetudo quasi *communis consuetudo* appellatur eò, quòd in communi usu sit *Gail. lib. 2. obs. 31. n. 9.* cum enim vocum origo definitionibus congruere conveniat. *arg. 2. 7. d. testm. ordin.* nullus hinc est, quin videat

consuetudinem hoc modo sumptam, aptè etiam definitioni con-
venire.

IV. Cæterum si probationem desiderabis, non ignoras, nominatissimos Jctos quandoque composita verba contrahentes arctè conjungere, ut justitiam in jus *Cic. 3. d. Rep.* testationem mentis in testamentum *pr. 7. d. testm. ordin.* add. *Wolff. ibid. erot. 4.* sic etiam interdictum inter duos dictum sive interim dictum *§. 1. 7. d. interdict. Vinn. in not. eod.* Quid obstare videtur, quo minus hæc derivatio locum sibi idoneum vindicet? licet limatioris Philologiae censuram vix subterfugerit, à qua veniam eò faciliorem speramus, quo magis justitiæ est in rerum nucleis, quàm testis verborum posita, indeque maximè eruenda. Cui accedit, quod hæc, quæ paulatim usu recepta sunt, ad docendum tamen in vita civili congrua, Themidis Vates tam superstitiosè Grammaticorum regulis non devinctos habeant. *Coral. miscell. 3. c. 16. inf.* nec proprietas ad nomen, sed ad vim significandi non auditu sed intellectu efficax. *Alciat. d. V. S. l. 1. n. 5.* consule *Schickard. Diss. 1. ref. arg. 2.*

ARTICULUS II.

exhibet

HOMONYMIAM.

I.

DE ambiguitate hujus vocabuli antequam ad realem definitionem manum porrigamus, erit aliquid dicendum. Quia autem vocabulum consuetudinis non uno modo capitur. Primò omnium extricanda erit ejus æquivocatio, ne ea cætera nobis tractantibus, impedimento sit. Accipitur autem vel *in sensu Vulgari* scil. secundum philologiam, vel *Juridico*.

II. In sensu Vulgari sumitur (1) *specialissimè*, & notat amicitiam, familiarem conversationem, ut apud *Cic.* passim sumitur in *Læl.* inquit: auxit benevolentiam consuetudo *lib. 4. ex. 6. lib. 6. epist. 20.* cum *A. Cinna* tanta mihi familiaritas, consuetudoque fuit. (2) *Specialiter*, prout idem significet ac amabiliorem complexum maris & fœminæ, ac concubitum seu arctissimum consortium, ut patet *ex §. 1. 7. d. P. P. §. 13. d. nupt. l. 24. ff. d. vit. nupt.* quo nihil aliud intelligitur, quàm maritalis & uxoria affectio, quam

Con-

conjugum conjugi debet *l. cum hic status 32. §. 1. si mulier 13. ff. d. donat. inter vir. & uxor.* Petr. Gregor. *Syntagm. jur. univers. lib. 1. c. 2. n. 15.*

III. In sensu Juridico accipitur (1) *generalissimè* & designat *ingenium hominis & habitum* sive bonum sive malum, quem quis crebritate & multitudine similium actuum & factorum sibi acquisitam iuit; ut si quis dicatur, consuevisse liberalis vel ebriosus esse, qui ex consuetudine sæpius inebriatur daß einer die Gewohnheit habe sich voll zusaußen/sich zum Saußen gewehnet habe. Roch. de Curte in *Enarrat. c. cum tando de consuetudine in pref. n. 19.* (2) sumitur *latè & generaliter* pro privata tam hominis, quàm bestiarum assuefactione, quæ Plutarcho ἀδνη φύσις, alia seu secunda natura dicitur *Libell. πρὸς τὸ δίδωαι αἰγῶν ἄς*, forsan eam ob causam, quia tam tenaciter inhæret, ut vix difficilimo labore iterum tolli queat, sicque omnibus animantibus applicatur. §. 15. 7. d. R. D. §. 5. ff. d. A. R. D. quod evolare & revolare, abire & redire consueverint.

IV. Sic consuetudo est jus, quod ex usu longinquo & moribus diuturnis resultat, & proposito nostro proximè convenit. §. 9. 7. d. 7. N. G. & c. B. Georg. Frantz. *ad tit. ff. d. ll. tt. C. quæ sit long. consuetud. l. 1. C. d. servit. l. 13. ff. §. si constat. ff. comm. predior. C. mos est 1. dist. c. consuetudo autem dist. 1.* Germanis dicitur ein alter Gebrauch und Herkommen R. A. zu Speyer *de ann. 1545. eine unverrückte Gewohnheit Schneidevv. pr. 7. d. pup. subst. ein löblich hergebrachter und verjährter Gebrauch P. D. D. proem. inf. vulgò ein altes rechtmäßiges Herkommen.*

V. Insuper consuetudo à Dd. dupliciter solet accipi (1) *materialiter* h. e. respectu actuum, ex quibus oritur consuetudo, & sic nihil aliud est, quàm mos & usus actionibus & moribus consuetudinem præcedentibus, eamque inducentibus *l. 32. ff. d. ll. introductus*, qui probatione omnino indiget *l. 4. C. d. custod. reor.* Hillig. in *Don. Enucl. lib. 1. c. 19. lit. B.* Sebast. Medices *tr. d. ll. stat. & consuet.* & hoc modo dicitur consuetudo facti esse. (2) *formaliter* respectu consensus taciti, & hoc modo in §. 9. 7. d. 1. n. g. & c. vocatur jus, quod resultat ex usu & moribus diuturnis *ex rubr. ff. d. ll. & l. 32. Nobil. Dn. Brunner in diss. d. consuet. Th. 31.* quodque nun-

quum

quum *quæ tale* probari debet. Nobiliss. Dn. D. Bechman *in Exerc. exoter. III. ff. d. ll. n. 40.* Nobiliss. Dn. Hahn. *in not. ad Wes. ff. d. ll. n. 9. verb. consuetudo.*

ARTICULUS III.

exhibet

SYNONYMIAM.

I.

Varia à variis legum interpretibus consuetudini imponuntur nomina. Palmam præ cæteris præripit (1) *Jus sine scripto seu non scriptum* §. 3. *f. d. f. N. G. & C. §. 9. ibid.* Hujus appellationis diversi diversam assignant rationem. Nobiliss. Dn. Strauch. *disp. 1. apb. 12.* & Ludvvell. *D. ad f. 1. tb. 14. lit. a.* id ita dici existimant, quod ab initio sui non sit habile per scripturam publicari. Dn. Hahn. *obs. ad Wesenb. π. d. ll. n. 9.* egregiam denominationem ab eo accessivit, non quod scribi non possit, sed quod non necesse sit. *l. diuturna 33. ff. d. l.* utut enim successu temporis consuetudo scripturâ donetur, suo nativo tamen nomine non exuitur, neque idcirco suam amittit essentiam seu naturam, sed nihilominus jus non scriptum remanet. *d. l. 32. ff. d. ll.* nihil proinde impedit, quin postquam sine ullo scripto introductum sit, salvâ sua naturâ, per omnia memoriæ faciliorisque probationis causa tabulis committi possit, inque futurum certum sit. *Wesenb. in π. d. ll. n. 9.* Petr. Ravennas *enarr. c. cum tanto X. d. consuet. l. 4. ff. d. pignor. l. 12. C. d. probat.*

II. v. g. Testamentum nuncupativum semper est & manet, nuncupativum h. e. non scriptum, non ut de essentia consuetudo habeatur, quamvis postmodum per Notarium memoriæ ergò in scripturam redigatur, idem quoque ingeniosissimè & nervose explicat Magnificus Dn. Præses, Jctus accuratissimus, in exasciato suo *Syntagmate Feudali cap. 1. apb. 7. n. 5. 6.* cujus verba apponere operæ pretium esse arbitror, scribens: *Neque verò jus illud (Feudale) eò quod literis consignatum sit, ad scriptam legem est referendum, non enim nuda scriptura sed expressa Majestatis sanctio jus scriptum constituit, & illa vera est differentia inter legem scriptam & consuetudinem, quod illa expresso, hæc tacito Majestatis consensu*
con-

constet. Pergit: quæ expressa sanctio cum nullo unquam tempore
juri illi accesserit, & ne quidem jussus Majestatis, ut in scripturam re-
digeretur, intervenerit, utique illud, ut consuetudinem, adhuc hodiè
in Imperio vigere dicendum est, conf. Rosenthal. de Feud. c. 1. concl.
8. quamvis successu temporis à privato quodam, cum de certo au-
tore non constet, ex variis & incertis autoribus collectum, literis
consignatum sit.

III. Distingvendum igitur nobis venit, an scriptura fiat tan-
tum memoria cansâ, an verò per modum sanctionis expressæ ab eo,
penes quem est Juris concedendi potestas? illo casu suam natu-
ram tenet immutatam consuetudo; hoc casu transit in legem &
suam naturam mutat, per ea quæ tradit Bachov. ad Treutl. D. r.
vol. 1. th. 9. L. C. Besold. d. jur. delib. lib. 1. ff. quest. 15. Nam si Prin-
ceps consuetudini sanctionem subjiciat, legem efficit. Bodin. d.
Republ. lib. 1. C. 10.

IV. Consuetudo vocatur (2) jus consuetudinarium. Jus moribus
constitutum. l. 32. §. 1. d. ll. Jus longâ utendi consuetudine compro-
batum l. 35. (3) usus longævus. l. 2. C. qua s. long. consvet. (4) mos
c. mos dist. 1. ibi: mos est consuetudo. Hinc non absimili modò Juli-
us Festus d. V. S. lib. 13. mos est, ait, institutum patrum, pertinens ad
religionem ceremoniasque Majorum, & Varro de moribus, mor-
rem esse, dicit, in judicio animi, quem sequi debeat consuetudo.
Inde pronò quasi alveo fluit discrimen inter consuetudinem &
morem pressius sumptum, quod mos disponat erga solennita-
tem actuum consuetudinem præcedentium, illamque inducenti-
um: Consuetudo verò solennitatem seu jus moribus inductum,
in actu aliquo exercendo præbeat. Panorm. in c. cum secundum
d. tempor. ordin. Rochus de Curte tr. d. consvet. in pref. n. 28. Sva-
rez. d. ll. lib. 7. c. 5. n. 3. Dn Hahn. d. l. n. 9. voc. moribus. Sed Myn-
sing. Comm. ad §. sine scripto 9. §. d. 7. N. G. & C. neutiquam diffi-
mulandum putat, differentiam hanc non ita strictè in jure obser-
vari, sed sæpius commisceri.

V. Quandoque etiam (5) Stylus audit, qui est propriè lo-
quendo recepta judiciorum observantia formam tantummodo
præscribens, quemadmodum acta judiciaria & sententiæ concipi
debeant, maximè loquendo, scribendo & procedendo. c. quã gra-
B



ve 6. X. d. crimin. fals. c. venerabilis 8. X. d. conf. util. vel inutil. l. ult. d. injur. hinc tradit Rochus de Curte in praf. n. 27. esse practicam antiquam alicujus Curia, à qua neutiquam recedendum putat Bald. in l. 19. d. excus. Everhard. conf. 242. n. 14. & judex istam non observans, malè judicâsse & litem suam fecisse statim præsumitur, libellò contra stylum formato rejectò. Angel. in l. 1. ff. d. offic. assess. Quem stylum confirmat R. Absch. zu Speyer. d. ann. 1570. s. 76. Derohalben ibi: Wollen wir hiermit Cammer-Richtern und Bey-sigern auferlegt und geboten haben/hinsühro den löbl. alten Brauch und Stylum unsers Kayserlichen Cammer-Berichts / wie es iederzeit auff sie bracht/ unverhindert zu lassen/sondern demselben so wohl in decernendis processibus als decisionib9 causarum zu folgen. Et hic stylus & practica Curia pro lege habetur, quamvis forma ejus à jure scripto deflectat. Christoph. Ludov. Dither. integr. tr. d. stylo Curia. Gail. 1. obs. 65. n. 4. quippe quod actus Civiles ex eo, quo geruntur loco, vires capiant & ex regione, in qua fiunt, æstimentur. Ernest. Cothman. vol. 1. Resp. 1. n. 409. Item (6) Observantia nomine venit, quæ tamen à stylo ita differt, quòd hæc concernat usum unius saltem judicii vel tribunalis vel etiam interpretationem sermonum citra actum scribendi inque nudo actu consistat. Berlich. 2. concl. 53. n. 67.

ARTICULUS IV.

exhibet

DEFINITIONEM.

I.

Nominali sic, ut puto, satis enodatâ definitione, ad realem progredior, nihil enim in certamen potest deduci, quin prius sit definitum. Boër. in lib. d. defn. in pr. c. 1. Cic. lib. 1. in pr. offic. vers. *omnis*. Varias autem varii Dd. nobis suppeditant definitiones, quarum sua cuivis pulcra sit, nobis ita concinnata placet: *Consuetudo est jus, quod sponte ratione populus tacitò summæ potestatis consensu per diuturnos mores comprobando introduxit.* Hanc definitionem hausimus ex Dd. scriptis, imprimis ex not. Gothofr. ad l. 32. §. 1. lit. f. d. ll. & ex Iptia Rom. Forens. Magnif. Dn. Præsidis. §. 9. C. 2. lib. 1. Nobiliss. Dn. D. Strauch. D. 1. aph. 9.

II. Ge-

71

II. Genus constituimus jus, nec temerè. Nam non solum ipsa juris voce indigitatur. *l. 36. ff. d. U.* sed & expressis verbis ab Imperatore species juris constituitur. *l. 6. §. 1. ff. d. 7. & 7.* Præterea etiam mores diuturni consuetudine utentium approbati legem imitantur. § *9. f. d. 7. N. G. & C.* imò vis & autoritas consuetudinis est eadem atque legis seu juris scripti, Magnif. Dn. Præf. in *Syn- tagm. Jur. Cic. Ex. 2. Th. 22. l. 35. ff. d. U. l. ult. C. q. sit long. cons.* Non tamen est autoritatis, ut legem vincat & rationem superet, tradente Gothofr. *ad d. l. l. 36. lit. d.* ratione autoritatis, sed ratione usus posterioris, quemadmodum nec lex posterior vincit i. e. validior est lege priori quoad vim obligandi, vincit tamen quatenus est posterior, quia lex posterior derogat priori, uti eleganter dis- serit Nobil. Dn. Strauch. *D. 1. aph. 12. jung.* Magnificus Dn. Richter. Patronus meus omni observantiæ molimine ætatem deve- nerandus. *p. 2. Decis. 70. n. 38. f. 13.* Dn. Carpzov. *l. 1. 3pr. Consist. def. 114. n. 6. f. 129.* Arnold. de Reyger. *p. 1. Thesaur. jur. voc. consue- tudinis n. 56. f. 497.* Apparet itaque magna illa convenientia in- ter legem & consuetudinem, quod scil. eandem & æqualem vim legis habeat consuetudo, utriusque pares sint causæ, & effectus æ- quales sive imperando sive prohibendo. Hillig. Do. *Enucl. lib. 1. C. 10. lit. L.* Magnificus Dn. Richter. *p. 4. n. 63. cons. 14.* Carpzov. *l. 6. tit. 8. Resp. 28. n. 5. f. 1463.* Wefenb. *p. 1. Cons. 4. n. 123. p. 57.*

III. Evoluto genere necesse est, ut recenseantur quatuor præ- primis Consuetudinis requisita (1) *Rationabilitas* (2) *Tacitus popu- li consensus.* (3) *Frequentia actuum* (4) *Diuturnitas temporis.* De quibus singulis, cum definitione contineantur, leviter aliquid venit dicendum.

IV. Quod (1) *RATIONABILITATEM* attinet, recordor, me aph. 2. Consuetudinem per jus definiisse, inde necessario fluere videtur, eam oportere requisita juris habere & in specie, *esse rationabilem.* Objectum autem sive materia circa quam versatur consuetudo, sunt res, possibiles & actiones honestate conjunctæ. Impossibi- lium enim & turpium (h. e. quæ non nisi cum dedecore & læsione pietatis, existimationis & verecundiæ nostræ peragi possunt.) nulla est ratio, & nulla obligatio per *c. nemo 6. d. R. J. in 6. l. 125. ff. d. R. J.*

B 2

paria

Paria enim sunt impossibile & turpe, in nostra potestate non esse, & injustum esse, teste Gothof. *ad l. 79. ff. d. Jur. dot. lit. r.*

V. Turpia autem impossibilia dicuntur *non negativè* ac si absolute, simpliciter & sua naturâ perfici nequeant, *sed positivè* & ex hypothesi ita appellari consueverunt. D. Ludvvell. *D. 12. th. 3.* juris enim anima est ratio, haud immeritò igitur consuetudo ratione debet esse informata. *c. frustra dist. 8.* sicque rationabilis consuetudo ratione justâ & honestâ ceu basi & fundamento, ut loquitur Petr. Ravenn. *c. cum tanto 2. X. d. consuet.* subnixâ sit, nec bonum publicum offendat, sed potius juvet. Si quæ enim absq; ratione primùm inducta, deinde per errorem obtinuerit, non tam consuetudo & usus, quàm depravatio, corruptela & abusus consuetudinis dicenda erit. P. H. D. *art. 207. ibi:* Daß nicht eine Gewohnheit sondern Mißbrauch &c. neque debet videre lucem instar abortus. Andr. Gerhard. *q. illust. 8. Ex. 1. 9.* multo minus producenda ad consequentias h. e. non extendi ad alios & similes casus legibus haud expressos, *l. 12 l. 14. ff. d. ll.* sed funditus extirpari debet. *c. chorepiscopi 5. dist. 68.* Menoch. *consil. 52. n. 171.* Bacch. *vol. 1. ad Tr. D. 1. Th. 9. lit. B.* Magnif. Dn. Eichel. *Comm. c. 2. p. 130. c. 28. X. d. R. 7. in 6.*

VI. Illam autem rationabilem tres qualitates comites habere scribit Rochus de Curte. *d. tr. sect. 2. n. 27.* (1) *ut religioni conveniat.* (2) *disciplina congruat* & (3) *saluti proficiat.* Præterea, illud quoque rationabile dicitur, quoties statuentes arbitrantur, illas esse bonas & suis moribus convenientes consuetudines; siquidem hoc ipsis pro ratione est, licet aliquid iniquitatis contineat, modò illa iniquitas non contrarietur juri divino aut naturali sed juri civili & juri gentium secundario, quod ex ratione composita deducitur, aut utilitati solum, non verò honestati publicæ aut bonis moribus. vid. Reinking. *de Regim. secul. & eccl. lib. 2. cl. 2. C. 9. n. 10.* Nam jus civile scriptum non per omnia servit juri naturali vel gentium, cum quandoque aliquid addat, quandoq; aliquid detrahat. Wolff. *in Erotem. 6. 7. d. 7. N. G. & C. E. nec consuetudo. add. B. Carpzov. Jurispr. forens. p. 3. C. 38 d. 19. n. 5. & 4. c. 9. d. 6. n. 11. & 12.*

VII. Quadrat quoque huc, quod Wehnero dicitur. *in Obs. pract. v. Gewohnheit.* à justitia abeas nonnunquam in parvis, si salvam esse velis in magnis, modò ne peccandi fenestra aperiatur. Non enim tam strictè hîc sumitur ratio, ac si sit inconvincibilis, sed suffi-

sufficit aliquod bonū motivum. Postquam verò rationabilitas sapissimè in profundissimo delitescit puteo, adeo, ut nil certi definiiri possit, quānam rationabilis, quānam irrationabilis dicatur. Besold. *Thes. pract. num. 59. voc. Gewonheit.* iudicis propterea investigationi erit relinquenda, qui considerare debet, sitne consuetudo rectæ rationi consentanea, nec ne h. e. an initium, medium & finis consuetudinis sint honesta & licita, singulis probè perpensis circumstantiis; an repugnent juri divino & naturali, in honesta & contra commune bonū, juxta quæ iudicis arbitrium fieri debet. Gail. *lib. 2. obs. 31.* Si verò ratio consuetudinis ac modū sit incerta, ambigua, & obscura, tunc consilium videtur supeditare *l. 19. d. ll.* ea scil. arripienda esse, quæ vitio carent, quæ ad rem gerendam sunt aptiora *l. 67. d. R. 7.* quæ utiliora, verisimiliora. *l. 114. eod. æquiora. l. 90.* nec mutanda, quæ diu certam interpretationem habuerunt. *l. 23. d. ll.*

II. Hic quærat quis, cuiusnam competat consuetudinem inducere? Et diximus in definitione, quod consuetudo sit jus, quod *populus tacito summæ potestatis consensu introduxit.* Inde prima fronte elicitur, à populo introduci consuetudinem *l. 32. ff. d. ll. in* qua dicitur: *Cum enim ipsæ leges nulla alia ex causa quàm quòd iudicio populi sunt receptæ, nos teneant, meritò & ea, quæ sine ullo scripto populus probavit, tenebunt omnes.* Nam quæcunque proveniunt ex eadem causa, ea, causâ æqualiter operante, eundem producant effectum. Sic cum populus vim ac potestatem habeat jus condendi, sive id expressè sive tacitè, verbis an factis fiat, nihil interest, uti *d. l.* hanc ipsam rationem subjicit. Loquitur autem *d. l.* de populo libero, qui juris condendi potestatem habeat: è contra in eo, qui Superiorem recognoscit, ut in Civitatibus, præprimis provincialibus, pl9 id habet difficultatis, cum ibi deficiat juris potestas. Hinc infallibiliter argumentari licet: *Penes quemcunq; nulla est Majestas, ille nequit Principe vel Supremo inscio, consuetudinem introducere. Atqui in populo Superiorem recognoscente nulla est Majestas E.*

IX. Accedat igitur necessum est patientia & scientia Principis. Nobil. Dn. Strauch. *D. 1. aph. 9.* dum enim is, penes quem, in Civitate seu Republ. π̄ νοτίον est, (sive hoc sit apud unum, sive optimates sive universum populum, tradente Magnifico Præsidente

in Syntagm. Jur. Civ. Ex. 1. rh. 19.) populum certis & diuturnis moribus uti permittit, nec consuetudinem introduci apertè contradicit, aliam legem expressam non condens, quod tamen facile, si modo vellet, posset, idem velle, & hoc quod agitur, in posterum observetur, tacitè quasi jussisse videtur. *arg. l. 18. ff. mand. Clariss. Dn. Conring. Disp. d. ll. rh. 29. add. Dn. Suchs in Annot. ad Tab. 1. 7.* Hinc tale necito argum. *In quodcunque quod à subditis observatur, Majestas tacitè consensit, illud propriè veniet nomine consuetudinis, quia adest tacitus Majestatis consensus nempe forma essentialis & specifica consuetudinis. Atque quodcunque Majest. scivit, aut scire & impedire potuit, nec tamen impedivit neque contradixit, in illud tacitè consensit E.*

X. Ad intelligendam eò penitius hanc quæstionem, facit distinctio consuetudinis in universalem & particularem. Illam, populus subditus neutiquam valet inducere, ut extra suæ jurisdictionis limites vim habeat juris obligandi & in toto aliquo Imperio obtineat, omnesque liget, quales sunt Consuetudines Feudales. Particularem verò, quæ saltem in aliqua parte Imperii tenet vel in certo aliquo loco saltem viget. *l. 1. C. q. sit long. cons.* potest, sed non nisi patiente & sciente Superiore, nisi fortè ejusmodi sit consuetudo, quæ non adeò magni sit momenti, neque in Principis vel aliùs præjudicium fiat. Princeps enim, cùm ipsi soli competat, jus, subditis leges condendi, non tenetur populo, ut subditis, permittere, pro lubitu jus introducere moribus; fieret enim hoc in ipsius præjudicium, ipsiusq; potestas minueretur. *Dn. Brunn. d. l. rh. 11.*

XI. Accedit, quod aliquando prius consuetudo valeat, quam Principi manifestetur, hoc tamen non fieri de jure sed facto, communiter tradunt Dd. Propterea eatenus saltem à populo consuetudo introduci dicitur, quatenus ab Imperium habente non impeditur sed toleratur. *Hugo Grot. d. f. b. & p. lib. 2. c. 4. n. 5. Ro. chus de Curte d. tr. sect. 4. n. 24.*

XII. Non diffitendum autem est *Civitates Imperiales liberae Kayserliche Freye Reichs-Städte* in suis Civitatibus & territoriis absque tacito Imperatoris jussu & sic immediatè consuetudinem inducere posse, modò directò non repugnet juri Imperatoris & legibus communibus. *Vid. X. A. zu Augspurg. d. ann. 1550. §. und nach.*

nachdem. Dn. Hahn. *d. l. n. 9. verb. non contradicat.* Ratio ejus in propatulo est, dum enim Status Imperii sunt, eo ipso jura superioritatis territorialis & regalia in territoriis jure sibi vindicant. Rutger Ruland. *d. commissar. p. 2. lib. 5. c. 4. n. 41. add. Dn. Dd. Reichensbach. in Diss. inaug. d. Statut. & consuet.*

XIII. Alterum consuetudinis inducendæ requisitum est CONSENSUS POPULI. Etenim deficiente populi consensu, non constituitur consuetudo, siquidem animus consuetudinis adsit, necesse est. Rochus de Curte *sect. 4. n. 2.* Hinc notitia semper debet præsupponi & vana regula, nisi operantibus applicetur, quod aliter fieri nequit, nisi per scientiam seu notitiam rei, in quam quis consentire debet. Clariss. Dn. Conring. *Diss. d. ll. th. 7.* conf. Dn. Le Bleu. *tr. d. ll. & privil. n. 10.* Ex hoc fundamento statim rejicitur error, qui consensui contrarius semper est, sic consuetudo per errorem inducta nulla est. Nam qui id, quod ex errore provenit, jus, quod æquum & bonum esse debet, vocare vellet, nimis absurdè ageret. Gail. *lib. 2. obs. 31. n. 11.* Hæc de errore circa consensum populi. Res verò aliter se habet in errore, qui in initio consuetudinis fuit. Nam ex errore levi, si consuetudinem non reddat irrationabilem, neque facultatem peccandi præbeat, accedente consensu populi, nasci potest consuetudo *per l. 39. ff. d. ll.* Joh. Faber. *§. 9. f. d. f. N. G. & C. n. 7.* & fieri potest, ut, quia de initio consuetudinis rarò constat, multarum consuetudinum initium errore sit distentum, quæ nihilominus successu temporis consuetudines reputantur. Roch. de Curt. *d. l. n. 1. & 3.*

XIV. Insuper *consensus sit tacitus*, ut ex definitione constat, ita quidem, ut nulla vel convocatio vel deliberatio antecedit consuetudini introducendæ, sed actus animis utentium sine mentione juris sint insinuati, imprudentibus quasi & populi voluntas primum obscure, postmodum aperte ipsis rebus & factis concilietur. Dn. Brunner. *d. l. Th. 13.* In quo tacito consensu consistit forma essentialis consuetudinis, qua distinguitur à jure scripto, quod hoc expressâ fiat sanctione, illa tacitâ. *d. l. Thes. 8. & 13.* Renneman. *Diss. 9. th. 16. lit. a. p. 106.* Magnif. Dn. Præses. *Exerc. 2. th. 19 p. 35. & Syntagm. Feud. c. 1. aph. 7. n. 5. p. 31.* Scotan. *Exam. Jur. p. 1. n. 9. 120. p. 39.*

XV. Ter-



XV. Tertium requisitum est FREQUENTIA ACTUUM. Circa actus autem duorum imprimis ratio habenda est (1) *Actuum in se.* (2) *Eorum numeri.* Actus ipsi non modò debent esse *honesti & impossibiles*, verum etiam obversentur circa res honestas & licitas, ut supra monuimus *CAP. IV. aph. 5.* Nam rei non bonæ consuetudo est pessima. Actus insuper debent esse *non violenti sed voluntarii, notorii, celebres, non obscuri & ambigui*, ut ea ratione populo innotescant, populusque suo consensu & consimilibus actionibus confirmare queat, aliàs consensus nullo modo probari poterit. Præterea *non debent esse contrariis interrupti sed continui.* Unicus enim contrarius consensus ejus perfectionem impedit & consensus populi, cum proxima & præcipua causa & basis consuetudinis censeatur. B. Dn. Frantzk. *comm. ad tit. d. ll. n. 102.* eâ interruptione læditur. Dn. Brunner. *d. l.* Propriè autem interrupti dicitur, quod adhuc est in fieri & nondum perfectè constituta est consuetudo. Rochus de Curt. *d. l. 9. 66.* Reinking. *de Reg. sec. & eccl. lib. 2. c. 9. n. 17.* Tandem actus sint *conformes l. 1. C. q. sit l. conf.* siquidem ex actibus difformibus nulla constituitur consuetudo, quia consensus non potest probari, qui est in idem placitum. Dn. Brunner. *tb. 14.*

XVI. Actus sive judiciales sive extrajudiciales sint, nihil interest. Schnobel. *D. 1. n. 23. l. 38. ff. d. ll.* quia ex his æquè ac ex judicialibus consensus populi colligi potest. *l. 3. C. d. edific. priv. l. 1. C. q. s. l. conf. l. de quibus 32. l. sed & ea 35. ff. d. ll.* Arumæus. *Exerc. 1. tb. 20.* Sutholt. *D. 1. aph. 92.* Validiores tamen & aptiores ad inducendam consuetudinem sunt, si iudicio aliquo contradictorio confirmati h. e. an iudex pro consuetudine aliquando pronunciaverit, de quo si constiterit, brevissimam & tutissimam esse viam, probandæ consuetudinis, si modò hoc factum doceatur & quo magis aut minus illustres fuerint, & contradictorio iudicio obtenti, eò facilius constituunt consuetudinem. Bacchov. *in not. ad Wesenb. 24.* Neque tamen id absolutæ est necessitatis, sed sufficit, ex actibus de consensu populi constare, quoniam consensus populi etiam ex extrajudicialibus constare potest. *arg. l. 28. C. d. transact.* Neutiquam ergo *l. 34. d. ll.* nostram enervat sententiam, quòd ibi non de actu, quo consuetudo inducitur, sed re iudicata, per

per quam secundum consuetudinem inductam pronunciatur. Bacchov. *ad Tr. D. 1. tb. 9. l. E.* Non inducit consuetudinem rerum judicatarum autoritas, sed inductam probat. Hillig. *in Don. En. lib. 1 C. 10. l. G.*

XVII. Quod autem actus ad inducendam consuetudinem sufficient, *Doctores certant & adhuc sub iudice lis est.* Dubium autem alicui oriri posset, quid per frequentiam intelligatur. Aliàs enim aliquid frequenter fieri dicitur, non quod bis aut ter, sed assiduò & crebrò fit *per l. 15. §. 22. ff. d. injur. & fam. libell.* Statim hinc fluere videtur, unum actum non sufficere, rationem reddit. Bacchov. *in Comm. ad prim. p. ff.* quia ex unico actu de voluntate populi iudicium fieri nequit, nec voluntas ejus probari potest, nisi actus continuò sit successivus, qui quotidie obversetur ob oculos. Roch. *d. Curt. d. l. n. 43.*

XIIX. Sunt nonnulli, qui duos tantum actus requiri volunt, quorum sententiã vix arriperem, nisi cum hoc moderamine demum procedat, si bini isti actus diversis temporibus cum lapsu decennii, interprete Panorm. *in c. f. X. d. consuet. notorii & celebris evaserint*, ut verisimiliter apparere possit, eos in populi notitiam pervenisse, & de ejus tacito consensu constare queat.

XIX. Ego salvã aliorum Ictorum auctoritate illis Doctoribus assentior hujus controversiæ decisionem ad certam regulam trahi posse negantibus. Magnifici Dn. Præsidis verba *Ex. 2. tb. 20.* lubet hic apponere, scriptionis: *Unde pro ratione circumstantiarum tot actus modò judiciales modò extrajudiciales & tantum tempus requiritur, quot & quales actus & quantum tempus ad illam præsumptionem inducendam opus.* B. Frantz. *Comm. ad ff. d. ll. n. 112.* Gerhard. *quest. illustr. Ex. 1. q. 8.* Coler *d. process. execut. p. 1. c. 3. n. 34.* Quo circa totum hoc negotium discreti boniq; judicandum iudicis relinquunt arbitrio, qui prudenti consilio in tot actus inquirat, quot investigare quiverit, & hos quidem ita notorios, ut in populi notitiam pervenire potuerint & arbitretur, an inde populi vel totius vel majoris partis consensus colligatur. Menoch. *d. arbitr. jud. quest. cent. 1. cas. 81. n. 4. arg. l. 32. ff. d. usur. l. 1. d. jur. delib.*

XX. Quod autem in *l. 1. C. ques. long. cons. l. 3. C. d. edific. priv.*

C

fre-

frequentiam actuum requiri dicitur, sciendum est, quod *in thesi* regulariter hoc verum sit, atque sic respectus habeatur semper ad communiter contingentia. *In hypotesi* verò ubi ex uno successivo vel duobus actibus de consensu constat, quod rarò fieri solet, non præcise actuum frequentia requiritur. Joh. Faber. *ad S. 9. Inst. d. 7. N. G. & C. n. 61. Coras. d. arte jur. p. 2. c. 19.*

XXI. Quartum requisitum est DIURNITAS TEMPORIS. Quemadmodum Dd. in inducenda consuetudine quoad determinationem certi temporis haud parum discrepant, pari ratione quoad numerum annorum propter juris diversos textus in diversas abeunt sententias, uti testatur Menoch. *d. l. c. 83.*

XXII. Consuetudo in momento temporis, *sicuti lex*, non potest existere, sed decursu temporis, intra quod actus exerceri debent, necessariò opus habet. Hinc quantitas temporis admodum est controversa. Communiter autem distingvi solet *inter jus Canonic. & Civile*. De illo Canonum Antistites affirmant, quod consuetudo super rebus & juribus Ecclesiasticis introducatur vel præter jus, & tunc sufficiat decennium: vel contra jus, & tunc, quia in eo præjudicium Superioris versatur, spatium quadraginta annorum opus sit, ut tradit. Schulz. *Synops. Inst. d. 7. N. G. & C. Gloss. in c. fin. in verb. legitime & ibi. Panorm. v. 1. X. d. consuet. Gail. obs. pr. d. l.*

XXIII. Affirmantium partes potissimam isthanc afferre conantur rationem, quia Consuetudo *in d. c. fin.* appellatur *præscripta*. Verum negantium partes respondent, non ita esse intelligendum, ac in ea opus sit præscriptione, cum hæc invicem toto coelo differant; præscriptio enim ob negligentiam Dominorum & lites tollendas est recepta, quod cessat in consuetudine. vid. latius Dn. Brunner. *d. l.* sed vox *præscripta* analogicè sumitur & idem est ac *introducenda* & jam roborata ad similitudinem sc. præscriptionis, ut *consuetudo præscripta* idem sit, quod *consuetudo inducenda & firmata*, in qua jam populi consensus est manifestus, & quæ sit in esse suo, habeatque effectum juris & consuetudinis, *eine hergebrachte Gewohnheit*: Moris autem & usus vocabulum usurpatur de ea consuetudine, quæ est adhuc in fieri, & nondum introducenda plene & perfectè, quæq; vim consuetudinis nondum nacta est. Dn. Frid. Wilh.

435

Wilh. Krull, *Diss. inaug. cap. 3. n. 20.* Illa, siquidem differentia aliqua facienda est, perfecta dici potest: hæc minus perfecta.

XXIV. De jure Civili quidam Dd. decenniū indistinctè sufficere arbitrantur sive consuetudo sit contra vel præter jus. Bart. *in l. 2. C. q. sit long. cons.* Gail. *lib. 2. obs. 32. n. 3.* Mynsing. *cent. 6. obs. 41. n. 9. & seqq.* Decennium autem incipit currere à die primi actus Gail. *l. c.*

XXV. Excipiuntur tamen quæ Principi in signum singularis præminentia & supremæ potestatis sunt reservata e.g. quando populus citra superioris concessionem sibi tribuit exercitium regalium; in his tempus, cujus initii memoria non extat, requiritur h. e. ut vulgò definitur, centum annorum *c. super quibus d. 26. §. propterea d. V. S.* Mynsing. *cent. 5. obs. 29. n. 13.*

XXVI. Cum autem nulla lege Civili certum tempus definitum sit, Schulz. *d. l.* nec constet, quot anni tempus diuturnum, & longum constituent, quia particula *diu* modò restringitur, modò dilatatur. Restringitur quandoque ad annum. *l. 1. §. 12. ff. d. success. edict.* ad biennium. *l. 56. ff. locati.* ad triennium. *l. 1. l. 18. ff. d. usucap.* ad quadriennium. *l. quamvis C. d. usur.* interdum ad quinquennium. *l. 3. §. 3. l. 13. §. fin. ff. d. re mil.* imò ad decennium, ut in usucapione & præscriptione. *l. 16. §. 3. ff. qui & à quib. manum.* Magnificus Dn. Richter. *tr. d. Signific. Adverbiorum voc. Diu.* Dilatatur modò ad viginti, triginta, modò quadraginta. *l. 57. §. 1. ff. d. rit. nupt.* Insuper etiam Epitheta quoad quantitatem temporis non conveniunt. Nam tria illa: *inveteratum, longævum, & antiquum* majus spatium: *longum & diuturnum*, minus spatium, significare videntur & tamen hæc omnia consuetudini adjecta leguntur. Dn. Brunner. *d. l.* Hinc in aprico est, quare diuturnitas temporis non possit definiri. Unde totum hoc negotium prudentis circumspectique judicis arbitrio est committendum. *arg. l. 1. ff. d. jur. deliber.* Grotius. *lib. 2. c. 4. n. 5.* Dn. Bechman. *in Ex. exoter. ff. III. ad l. 33. d. ll. n. 47.* qui pro circumstantiarum varietate, occurrentiumque casuum qualitate tantum temporis spatium determinare debet, quantum satis sit, ut concurrat ad significandum consensum h. e. quantum, tam diu labitur, donec in animos hominum habitum induxerit, consensumque populi probaverit. *d. l.*

XXVII. Cæterum communiter produnt Dd. Judicem in rebus *majoris momenti* longius tempus, in rebus *verò minoris mom.* brevius, ut decennium, statuere posse Bacchov. *in Comm. ad ff. & ad Inst. & in Not. ad Wesenb. ut & ad Treut. Bocer. class. 1. D. 1. th. 45.*

XXIIX. Nullus autem dubito dari quempiam, qui pro comperto non habeat, Jus Saxon, ad consvet. introducendam, efflagitare annos triginta unum cum septimanis sex & tribus diebus Landr. *lib. 1. art. 29. & ibi Gloss. in Sachsen Spiegel. art. 38. vulgò Jahr und Tag* & ita quotidie pronunciari tradit Coler. *in tr. d. process. execut. p. 1. c. 3. n. 29.*

XXIX. Ex prædictis cuius obivium esse arbitror, consvetudinem per gradus induci, hominique similem videri, dum ratione concipitur, experientiâ & actu unico nascitur, plurium, similium imitatione adolescit, & temporis diuturnitate consumitur. Obrecht. *d. princip. jur. c. 16. n. 32.* Atque hæc sunt quatuor illa requisita, & quæ alleganti pro se consvetudinem, probanda veniunt, quippe cum hæc requisita & consvetudinis introductio sint facti: licet ipsa consvetudo, de qua constat esse introductam, sit jus, uti loquitur Magnif. Dn. Præs. *Ex. 2. th. 21.*

SECTIO II.

exhibet

CONSVETUDINUM DIVISIONES.

ARTICUL. I. EXPONIT.

CONSVETUDINEM UNIVERSALEM ET PARTICULAREM.

I.

Quamvis Dd. consvetudinem in varias dispescant divisiones, de quibus vide sîs Svarez. *lib. 7. d. ll. c. 3.* Mihi verò cum Schneidevv. *s. 9. f. d. f. n. g. & c.* pro ratione instituti insigniores tantum adduxisse sufficiat.

II. *Est itaque Consuetudo universalis, quæ in toto Imperio Romano*

mano

mano Germanico universaliter obtinet & pro lege servatur Magnif. Dn. Præses. in Syntag. Jur. Feud. C. 1. aph. 6. & in Syntag. Jur. Civil. Ex. 3. tb. 40. Eine allgemeine durchgehende Gewohnheit. Allgemeiner Gebrauch und Herkommen. *ibid.* e.g. In toto ferè Christianorum Orbe receptum est, ut in festo Nativitatis Christi parentes liberis suis & conjuges sibi ipsis invicem munera offerant, in memoriam Dei incarnati, & ex pia congratulatione de Christo homine nato, daß eines dem andern was zum N. Christ bescheren läffet. Quam donationem inter Conjuges universalis Germaniæ observantia approbat, eamque rescindere & revocare admodum impium esse prodit Carpz. p. 2. c. 13. d. 20. n. 1, 2. Dixi autem consuetudinem isthanc valere per totum Imperium, non quod Imperium sumitur pro ipsa *ἐπιταγία* seu rectione Reip. nec pro jure summæ Majestatis, quæ Imperatori tribuitur quod in *noviss. Imperii Constitut.* usurpatur Die Römische Macht und Vollkommenheit. R. A. zu Augspurg. d. ann. 1530. Reinking. d. 1. lib. 1. c. 2. c. 2. num. 53. Arnisæus. *Polit.* c. 11. Sed quod sumitur pro amplitudine territorii, quod Imperio subest. l. 21. C. d. *jurejur. pp. calum. dand.* Propriè autem Imperii territorium istæ provinciæ appellantur, quæ actu Imperio obtemperant, eique subjectæ sunt. Reinking. *cl. 3. c. 13. n. 20.* Hinc elici licet, territorium non ex loco vel situ regionis aut civitatum sed ex actibus Jurisdictionis definiri. Gylman. *tom 1. p. 2. v. 4. n. 54.* Unde territorium nihil aliud est, quàm terræ spatium jurisdictione munitum.

III. Porro dicitur, consuetudinem pro lege servari, non ratione sanctionis expressæ, sed resp. autoritatis & observantiæ, quæ est legis scriptæ, ut ad nauseam supra dictum. Quemadmodum verò ab observantia legis scriptæ nullus subditorum, ita & non scriptæ se eximere potest, id quod expressè decidit Apostolus Paulus *Rom. XIII. v. 1.* dicens: *Omnis anima potestatibus debet esse subjecta*, de quo vide sis Consummatissimum Theologum D. Friedlieb. *tom. 2. Theolog. Exeget. obs. ad Epist. ad Rom. c. 13. ult. quest.*

IV. Præterea non prætermittendum esse putamus, quod contra jus commune multa consuetudine introduci possint. l. 32. d. II. si præ.

praesertim Principis Rescripto fuerint firmata: id quod pluribus exemplis demonstrat Gail. lib. 2. obs. 124. n. 2. lib. 1. obs. 36. n. 1. conf. Dn. Carpzov. Process. f. t. 3. A. 6. num. 37. & Jurisp. For. p. 2. c. 44. d. 12. n. 1. 2. & p. 3. const. 38. d. 9. n. 5. & JPtia Consist. lib. 2. tit. 24. d. 392. n. 11. Magnif. Dn. Praeses. Synt. Jur. Feud. c. 1. aph. 6. E. G. Contra jus commune consuetudine obtentum est, ut subditi justitiae publicae expensas (criminalium judiciorum) conferant, quae consuet. in Ord. Pr. Elect. Sax. comprobatur sub tit. Von Kost der Peinlichen Rechtsfertigung S. were aber. Heig. lib. 2. quest. 23. n. 9.

V. Consuetudo particularis seu localis est, quae in certa aliqua provincia vel civitate nec non Collegiis peculiariter vi superioritatis territorialis inducta est, legisque vigorem habet. Vulgo eine Ländische oder Localische Gewonheit. Magnificus Dn. Praeses. c. 1. conf. Ejusd. Ex. 3. th. 41. Dn. Hahn. in Wesenb. d. 1. Ejusmodi consuetudines sunt diversarum regionum, ditionum, territoriorum, civitatum & vicorum, quorum ferè singuli propriis utuntur consuetudinibus tenaciter observandis. l. 1. §. 15. in f. d. ventr. in spic. Magnif. Dn. Eichel. ad l. 34. d. R. f. c. 2. p. 94. seq. ipseque stylus necessariò servandus Magnif. Dn. D. Richter. part. 3. conf. 16. n. 9. Hinc jure merito Assessores Cam. Imper. jurare tenentur, daß sie nach des Reichs gemeinen Rechten/ auch nach redlichen/ Erbarn/ und Ländischen Ordnungen/ Statuten und Gewonheiten der Fürstenthümer/ Herrschaffren und Gerichten/ dem Hohen und niedern gleich richten wollen. Ordin. Cam. Imper. p. 1. tit. 57.

VI. Postquam in definitione consuet. partic. Collegiorum mentionem fecimus, hinc spe sustentor, minus mihi vitio versum iri, si tribus, ut ajunt, definitionem eorundemque originem addiderimus. Vix autem à me accuratior Collegiorum definitio expectari poterit eam, quam suppeditat nobis Magnificus Dn. Praeses. Exerc. 7. th. 41. Collegium, dicens, est corpus ex distantibus personis collectum & unitum communibus juribus personis & rebus ad communem utilitatem utens. Vel: definiente Just. Mejero in Colleg. Argentorat. ad lit. ff. d. Colleg. & Corp. n. 2. Est hominum ejusdem artis, vitae, studii & professionis licitae confociatio.

VII. Cum autem Protoplasti, relicta vitâ simplici & agriori, svasurationis intelligerent, pleraque quae natura producit,
non

non undique esse perfecta ad *αὐτάρκειαν* civitatis, artificii opus esse crediderunt, quæ haut immeritò Aristoteli. 7. *Polit. c. 8.* partes civitatis dicuntur, sine quibus Resp. stare non valet. Quò intimius consideratò, lucri & quæstus inde redundantis causa, Magistratus quàm plurimos in civitatem artifices acciendos putarunt, qui paupertatem tanquam omnium vitiorum matrem, artibus suis arcerent, Civitates locupletes redderent & necessarium publicis utilitatibus operam exhiberent. *l. 5. §. 12. ff. d. jur. immunit.* Magnif. Dn. Richter. *p. 2. Decis. 80. n. 1.* Bornit. *d. rerum sufficient. tr. 2. c. 2. in fin.* ut de illis tritum sermone proverbium factum sit: Ein Handwerck hat einen gülden Boden. Præterea Mechanici appellantur *ἀπὸ τῆς μηχανῆς*, quod inventionem, notat *l. 2. C. d. excus. artif.* propterea, quod ea, quæ natura peperit, non sint majoris valoris & pretii, quàm quæ ingenio, cogitatione, inventione h. e. arte duce, inventa sunt. Juxta vulg. versic. *Omnia conando docilis solertia vincit.* Quod exemplo suo comprobantur huc usque *Florentia, Genua, Venetia*, Bocer. *d. illust. stat. & polit. c. 3. p. 506.* Nec aliam causam status excellentioris in regno maximo *China* proferunt, quàm quod ibidem floreat commercia artesque mechanicæ. Taceo opifices, quos Noriberga alit, de quibus proverbium in multis personat oribus: *Nürnberg Hand gehet durchs ganze Land.* Dn. Carpz. *lib. 1. Resp. t. 5. R. 47.* Dn. Fabricius. *h. t. Consiliar. Com. Hohenloes. in D. inaug. d. Colleg. Opif.* Sed revertor longiusculò quidè intervallo ad rem.

IX. Cum verò Magistratus superior etiam vigilantissimus ipse singulis interesse & omnia inspicere, expedire, disponere, parique cura observare nequeat, artificia licita & Reip. salubria Principum Constitutionibus jure Collegii donata sunt, ut iis singulis Seniores & Consules artium *Zunftmeister* præponantur, qui, quæ ad utilitatem ejus artis spectarent, ritè constituent, & ordinent summaque fidelitate promoveant, ne Resp. detrimenti quid caperet. *l. univ. C. d. privil. Corpor.* Et hæc à Principe quolibet confirmata Collegia de rebus ad eorum artem & professionem pertinentibus vel negotia Collegii concernentibus statuta & consuetudines introducere optimo jure possunt. *l. 2. §. fin. C. d. constit. pecun. l. ult. C. d. Jurisdic. omn. judic.* nec non Jurisdic-
tionem

tionem aliquam Collegiis competere docet Carpzov. *lib. 1. Resp. 48. n. 2.* Possunt enim quatenus eorum statuta permittunt, de causis inter collegiatos controversis, quoad artem & professionem suam, cognoscere & transgressores punire. Idem *d. l.*

ARTICULUS II.

exhibet

CONSVETUDINEM RATIONABILEM ET IRRATIONABILEM.

EVoluta haecenus Consuetudinis universalis & particularis Divisione, exposcit nunc ratio instituti mei, ut alteri, quam, praepriis intendimus manum applicemus divisioni, quâ Consuetudo est vel Rationabilis vel Irrationabilis de quibus supra *Artic. IV. sect. 1. apb. 5. & seqq.* aliquid monitum fuit.

II. *Est itaque Consuetudo Rationabilis, quae non contra normam juris divini & naturalis, vel contra honestatem inducta est, sed iuxta rationem innixa in proportione ad communem usum & in ordine ad effectum moralem consistit.* Hanc descriptionem hausimus ex verbis Nobiliss. Dn. Hahn. in *Wes. sparsim positus.* Consistit autem illa rationabilitas in honestate materiae, sumptâ vocula *materiae* pro factis & actibus, ex quibus consuetudo, quae bonis moribus non debet refragari, generatur. *c. fin. X. d. consuet. & haec est, quae tantum valet, quantum lex scripta.* Magnif. Dn. Præs. *Ex. 2. tb. 22.* Carpz. *Jptia Consist. lib. 1. t. 8. d. 134. n. 10. lib. 2. t. 1. d. 8 n. 4.* Unde etiam jus scriptum per sequentem consuetudinem contrariam seu desuetudinem potest mutari. *l. 32. §. 1. in fin. b. t.* Magnif. Dn. Præs. *d. l.* Est verò contraria consuetudo, quando aliquid fit contra legem per consuetudinem. Schard. *Lex. jur. voce desuetudinis n. 62.* Desuetudo verò, quando non utimur aliqua lege in jure posita. Schard. *d. l.* In illa requiruntur facta contraria: In hac factis non est opus, sed sufficit legem non servari, idque impunè. Idem *n. 61. f. 695.* Connan. *l. 1. c. 10. num. 9. f. 61. Lit. A.*

III. Non autem temerè conjunximus jus Divinum & naturale in definitione. Nam jus naturale, utpote insita ratio, ductusq;
ratio-

rationis per naturam insitus Rom. 1. v. 20. non minus atque jus
 divinum est immutabile: Jus enim divinum & naturale superant
 omnes humanas LL. & constitutiones, & proinde dispensatione
 humanâ permitti non possunt, quæ divino & naturali jure sunt
 prohibita, & cum inferior adversus superiorem nullum habeat
 Imperium, multò minus creatura contra mandatum Creatoris
 dispensare potest. arg. c. non licet 2. d. 10. Deut. IV. v. 4. Non
 addetis ad verbum, quod vobis loquor, nec auferatis ex eo, custo-
 dite mandata Domini Dei vestri, quæ ego præcipio vobis. Matth.
 V. v. 17. Cœlum &c. Consuetudo verò, quæ juxta & præter jus
 divinum & naturale est, valet. Ediametrò consuetudinem & juri
 divino & naturali reclamantem inducere, non minus quàm le-
 gem de rebus inhonestis ac planè ridiculis ferre licet.

IV. Summa impudentia fuit *Macaria Archiepiscopi Kiofi-
 ensis* in Russia seu Ruthenia, qui præter risum, quem omnibus mo-
 vit etiam contra rationabilitatem ad D. Petrum legem, sive ut
 ipse vocat *passam-portam* evulgavit. Cum igitur lectu jucun-
 dissima sit, non possum intermittere, quin ipsius exemplum sub-
 jiciam:

Das Keußische Passport ins Himmel Reich.

Diesen nachfolgenden Brieff pflegen die Keußischen Pfaffen
 einem jeden Keußen/der reich ist/und viel Guts drum giebt/
 in das Grab für ein Passport mit zugeben/auff daß er als bald/ so er
 für die Pfordten des Himmels kömpt / von St. Peter/ als dem
 Pörtner des Himmels/ eingelassen werde.

Maria von Gottes Gnaden/Erz-Bischoff zu Kiofa und Ha-
 lig und im ganken Keußischen Lande / unsern Herrn und Freund
 St. Peter / einem Pörtner Gottes des Allmächtigen. Wir ge-
 bieten dir / und zeigen dir an / daß in dieser Zeit verschieden ist ein
 Diener Gottes / ein Fürst Sedor Solodor Miszski, daß du Ihn
 rechtschaffen ohn alle Verhinderung und Verzug gerecht einlässest
 in das Reich Gottes. Wir haben ihn endlediget von allen seinen
 Sünden / und Ihm geben die Benedeyung / und daß du in dem end-
 lichen nichts übertreffest; auff daß Ihme nichts anders geschehe/
 haben wir ihme geben diesen unsern Brieff der Absolvierung. Geben

D in



in unsern höchsten Kloster Kiofa im Jahr 1541. den 10. Junii. Vide
sis Christ. Matthæi *System. Polit. lib. 3. p. 360.* Omnium risu dig-
num est, quod de rebus impossibilibus imò tam frivolis juxta ac
ridiculis leges ferantur & D. Petro cœlicolæ pro imperio de-
mandetur, ut demortuos Archiepiscopi Kiofiensis literarum,
commendatitiarum viatico instructos *Ocyus & ventis & flumi-
nis ocyus alis cœlos introire patiatur.* O stultos homines longè
enim à via recta deflexisse videntur, consuetudinem contra jus
divinum & naturale inducendo, quæ tamen neutri horum dero-
gare potest. §. *pen. Inst. d. J. N. G. & C. Zas. d. Feud. p. 8. n. 71.*

V. Ediametrò consuetudo jure divino inducta firmissimò
nititur fundamento, ut eam subsecuturæ novitatis ventuli vix ac
ne vix quidem dimovere valeant: Sic *Consuetudo isthac longis
retro seculis valuit, quæ damnatorum corpora insepulta in patibulis
relinquit.* Rationem hujus consuetudinis nobis suppeditat ip-
sum jus divinum, dum scriptura sacra impiis & damnatis igno-
miniosum minitatur interitum, eosque sepulcrò indignos pro-
nunciat, ut prædæ bestiis sint futuri. Sic de Pharaone Sacra
Pandectæ produnt, quod ipse Pistorum principem ad patibulum
affigi jusserit, ut corpus ejus ab avibus depasceretur. *Genes. XXXX.
v. 19. 22.* Accedit, quod Deus impiis & populo idololatriæ mi-
netur, corpora eorum post mortem volucrum & bestiarum præ-
dæ fore, eosque defunctos nec sepelitur, nec ab ullo deploratum
iri, sed in sterquilinum super faciem terræ, & gladio & fame
consumuntur, & erit cadaver eorum in escam volatilibus cœli
& bestiis terræ. *Jerem. XVI. vers. 4. 6.* & alibi passim, ut *Ezech.
XXXIX. v. 17. Esther. VII. v. 7. Psalm. LXXIX. v. 2. Apoc. XI. v. 9.*
Verum probè observandum est, ne erga quodvis etiam leve de-
lictum hæc pœna exerceatur, sed atrocitas perpetrati criminis
graviori supplicio digna judicetur. *Carpz. Jp. Conf. 2. t. 24. d.
379. n. 5. Heig. p. 2. q. 37. n. 32. Clar. Pr. crim. §. ult. q. 51.*

VI. Diximus autem in definitione, consuetudinem, quæ
contra honestatem sit inducta, rationabilitatis titulum sibi non
vindicare. Nam omne id inhonestum est, quod nos facere non
possumus i. e. quod est prohibitum, seu, ut generalius loquar,
quod est contra bonos mores. *l. 9. ff. d. condit. instit. l. 5. C. d. con-
dit.*

439

dict. ob turp. caus. l. fin. C. d. pact. Contra verò ea facere hos posse credendum est, quæ non sunt prohibita v. g. Neminem tam cœcum ego crediderim, qui non ὀφθαλμοφανερῶς perspi-
ciat, hanc consuetudinis speciem *Unionis prolium* *Einfindschafft* in nonnullis locis frequentissimam esse & honestati & decoro æquissimè convenire, quâ scil. *causa cognita Magistratus* & eorum, quorum interest, consensu accedente, pater vel mater ad secundas nuptias transiens, nuptias cum conjuge novo patiscitur de liberis suis ex priori matrimonio procreandis, vel etiam cum iis, quos forte itidem ex priori matrimonio alter conjux suscepit, uniendis ita, ut præsertim quoad successionem omnes æquè, ac si ex se utroque geniti essent, censeantur. tradente Magnif. Dn. Præside. *Ex. 3. th. 66.* Dn. Hahn. *Diss. d. Jur. rerum. concl. 74.* Dn. Strauch. *D. 3. aph. 23.* & hic Unionis actus sic celebratus publicis postmodum actis insinuari debet. *Schulz. Synops. Inst. d. ad opt. lit. A.*

VII. Per justam rationem in definitione intelligimus rationem, quæ justa est vel (1) *ex se sive ratione objecti*, quod scil. non reluctatur honestati & decoro. His ita intellectis, unum ex altero facile explicari poterit. (2) *vel propter Circumstantias*, ut consuetudo ita inducatur, quæ communem usum, ut verba subsequencia habent h. e. bonum publicum promoveat & adjuvet; qui communis usus consistit in salute Reipubl. Hinc Atheniensium cives rectè jurâsse creduntur, dum promittebant, se imprimis laboraturos de salute boni publici. *Heraclid. in polit.* Quæritur E. *An res in casu necessitatis extremæ pro redemptione captivorum, & eleemosyna pauperum, etiam res, quæ divini juris & Magistratus extra commercium sunt, qualia sunt vasa & vestimenta sacra similiaque ornamenta Ecclesiastica, alienari possint?* Affirmantium vestigiis omnes Dd. omnino insistent, eamque ex justa ratione receptam perhibent. vid. *Carpz. Jptia Eccl. l. 2. d. 307.* Magnif. Dn. Præsides. *Ex. 3. th. 71.* Magnif. Dn. Freyer. *in Diss. d. Jur. Territor. th. 51. Exeg. lit. d. N. A. zu Speyer. d. ann. 1542. s. Aber die Kirchen ibi: Die Kirchen, Kleinodien und Gezierde sollen zu einem Schatz der Christenheit / wo man des zu einer elenden Nothwendigkeit Hülffe bedürffen würde / gesparet und gehalten werden.* add. Dn. Ddum Frid. Wilh. Krull. *in Diss. d. Facult. utend.*

reb. alterius sub Praesidio Magnif. Dn. Praesidis habitâ. Item re-
cta & iustâ rationi etiam conveniens isthæc : *Secundum natu-
ram masculis robur, dominatio, dignitas aliæque prerogativæ con-
cessa sunt; foeminis verò subjectio & obedientia injuncta est.* Gen.
III. v. 16. 1. Cor. XIV. v. 35. & licet uxores communi loquendi for-
mulâ Dominæ appellentur, ultra eorum, fufum & pensum exten-
di non debet. Gail. 2. obs. 144. n. 3. Nam per Masculos familia
conservatur, per foeminas finitur : Hinc jubare meridiano clarius
elucescit, sexû masculinum naturâ esse honoratiorem foemineo.

IX. Item : In nonnullis Germaniæ locis in censendis bonis
cujusque conscientia jurejurando obstringitur. Dn. Casp. Klock.
d. contrib. c. n. n. 61. Item : Non rarò illis quoque, qui incendio
sunt afflicti denen Abgebrandten stipem colligere ubique permit-
titur, ipsisque à Rebusp. ac Civitatibus omnibusque Ordinibus
eleemosynæ tribuuntur. Nec minus Concionatores finitâ con-
cione in ecclesiis mentionem eorum faciunt, homines ad miseri-
cordiam exhibendam, stipemque dandam adhortantes, quo no-
mine etiam ante ædes sacras urnæ collocantur, Dn. Krull.
l. c. th. 4.

IX. Consuetudinis etiam est, ut Tyro, qui opifici cuidam
sefe informandum dedit, per aliquod annorum spatium apud
ipsum subsistat, daß ein Lehrling/der auff ein Handwerk gebinget
worden/gewisse Lehrjahr außstehen müsse/ehe er Gesell; und gewis-
se Jahr wandern müsse / ehe er Meister werde. Besold. Thes. pr.
voc. Lehrling/Lehrjahr. Jure tamen favorabiliore gaudere so-
lent filii opificum Die Meisters Söhne / daß sie entweder nicht so
lang in Lehrjahren bleiben oder wandern dürffen. Præterea quæ-
ritur : Si juvenis artificis alicui locatus fuerit, ein Lehrling ange-
dinget/ut in artificio instrueretur, cum pacto, ut per aliquot annos
maneret apud eundem, und die Lehrjahr außstehen solte/dann son-
sten hätte er nicht redlich außgelernt / si tunc ille intra hos annos
aufugeret, deinde reversus fuerit, an ad integrum tempus
manere debeat, an totidem tantum dies, quot abfuit. Posteri-
us affirmant Besold. d. l. & Wehner. in obs. pract. voc. Zunft/
decidentes ex l. servus qui testamento 14. §. 1. d. statu liberis. conf.
Dn. Reichenbach. in Diss. inaug. cap. IV. n. 84.

X. Hanc

770

X. Hanc excipit, quod nullus improbatæ conditionis, sive sit ab inhonestis parentibus sive ex illegitimo coitu natus, in Collegium recipi possit. Reliquas superiorum graduum dignitates libens præmitto, cum nec ad artes mechanicas turpes & infames personas adspirare patiantur opifices, daß ein jeder/der in ein Handwerk auffgenommen werden soll / müste redliches Wandels und Herkommens seyn/ut nervosè hoc explicat Magnif. Dn Richter. p.2. Decis. 8. n. 19. Sic illud statutum meritò retinendum est, neminem scil. ad exercitium artis admitti, daß er sein Handwerk treiben dürffte / nisi ab expertis Magistris & minus suspectis in illa arte, an idoneus sit, fuerit examinatus, præviog. examine artis sue specimen dignum ediderit, daß er ein Meistersstück gemacht. Carpz. Lib. 1. Resp. 47. n. 6. Cum aliàs esset in præjudicium Reip. idiotas & ignaros minus expertes ad exercendam talem artem & opificium admitti, quod non perfectè didicerunt, ne quis prius efficiatur Magister quàm discipulus. Magnif. Dn. Richter. p. 2. Decis. 80. n. 41. Ex quibus elicitur, αὐτοδιδάκτες, qui non perfectè & legitime didicerunt, ne Collegiis opificum nocumento sint, non esse tolerandos, vulgò audiunt Die Störer. De quibus hæc habentur verba, in der Fürstl. Sächs. Gothische Landes-Ordnung. p. 2. tit. 39. Von Handwercken ins gemein *ibi*: Wir wollen gänzlich verhütet und abgeschaffet wissen/daß unzüfftige Störer solchen zu Abbruch eines und des andern Orths einschleichen / und denen züfftigen Meistern ihre Nahrung heimlich entziehen &c.

XI. Tandem præter artem quam quis profitetur, ad evitandam confusionem & alia mala, quæ hinc inde in Remp. induci posset *l. consulta 23. ibi: ad absurdum est. C. d. testam.* aliam exercere non licet. *l. 36. ff. d. R. J. C. non est ejus d. R. J. in 6.* Carpzov. *d. l.* Unumquodque enim opificium unius hominis indolem & vires exigit, nec pluribus unus sufficere potest. Nam aliàs in proverbio dicitur: *Er kan viel Handwerk / betteln aber ist die beste Kunst*

XII. Consuetudinem Rationabilem excipit Irrationabilis. *Est autem Consuetudo irrationabilis, quæ vel caret ratione, vel justam non habet, utpote, quæ vel contra jus divinum & naturale, vel contra honestatem & decorum inducta est.* Cum verò suprâ oc-

casione consuetudinis rationabilis eadem ferè, quæ in hac defini-
tione sese offerunt, ad nauseam explicuerimus, ulteriori explica-
tione supersedebimus, saltem in præsentiarum definitionem ist-
hanc exemplis perlustrasse nobis sufficiat. Exemplum consuet.
irrationabilis esto hoc; quod, si fides habenda sit Besoldo. *Tb. pr.*
voc. toden Hals lösen. n. 27. apud Danos, Polonos, Svecos, Fri-
sios & Holsatos à multis annis receptum fuerit, ut hominè occi-
dentibus, certâ pecunia poenæ nomine cadaveri impositâ, poenam
redimere liceret, quod ipsis dicitur einen toden Hals lösen durch
ein gering Wehrgeld/oder Mann Busse. Verùm quod hæc con-
suetudo (non autem digna est hoc nomine, sed potius tq. prava,
corruptela, cacoëthes & depravatio extirpanda est) juri divino &
quarumlibet optimarum Rerump. institutis adversetur, cuius
obviam est & facilimè probari potest. Valent. Winther, *in suo*
Parthen. litigios. lib. 1. c. 13. Besold. *d. l.* Constat enim ex quoli-
bet delicto non tantum offendi eum, qui læditur, sed etiam (lege
nulla lata) Deum OPT. MAX. naturam & Remp. ejus hone-
stissimæ LL. violantur. Quantam autem ad iram voluntario
hoc homicidio Deus provocetur, luce meridiana clarius vel inde
etiam patescit, quod primam hanc & antiquissimam legem de
vindicanda interfecti nece ipse Deus promulgarit. *Gen. IX. v.*
5. 6. ubi unica expiationis forma ponitur, videlicet sanguis ejus,
qui sanguinem fudit. Et hanc rationem declarat Philo Judæus.
lib. d. special. LL. Moysis, dicens: *Hominem insignem sacrilegum*
esse, sublatâ videl. à mundo re pretiosissima & sacratissima: quod
nihil sit Deo tam simile, quàm hoc signum pulcerrimum expressum è
matrice pulcerrima, ad exemplar ideae rationabilis effectum. Affi-
citur pater exquisitissimo dolore repentinum filii obitum perci-
piens: Nonne autem Pater vester cælestis molestè ferat, homi-
nem ad imaginem suam creatum ab homine, animo deliberato,
interfici? Nefas itaque erit homicidam dolosum pecuniâ redi-
mere, aut Beotiorum more eluere, de qua re vid. Lauterbeck
in seinen Straffbuch. p. 5. c. 10. ibi: An etlichen Orthen hat man
grosse Verbrechen/ als Todtschlag und dergleichen mit einer gering-
gen Busse bezahlet: Als/wenn einer einen Beotischen Wauren o-
der einen aus Thessalien todt geschlagen/ so hat er des entleib-
ten

ten Freundschaft nicht mehr; denn einen Scheffel Eisen oder dergleichen Zugemüß geben dürfen.

XIII. *Nec valebit isthæc consuetudo, quæ homicidam in carcere perpetuò detineri jubet.* Licet enim carcer perpetua servitus sit, & morti æquiparetur *l. 59. in fin. ff. d. condit. & demonstr. l. 209. ff. d. R. J.* cum tamen ipse Deus homicidam dolosum pœnâ capitali plecti jusserit *Gen. IX. v. 5. 6.* nulla alia pœna ne quidem similima locum sibi vindicat. *Carpzov. 7 Ptia For. p. 4. c. 9. d. 6. & seqq.* Et hoc est divini juris. Quàm nefariè etiam homicidæ contra jus naturale agant, scribit Florentius *lib. 1. Inst.* quod, cum inter nos natura cognationem constituerit, consequens sit, hominem homini insidiari nefas esse *l. 3. ff. d. J. & J.* & ipsum quoq; tertium præceptum Juris prohibet, ne alter alterum lædat. *§. 3. Inst. d. J. & J.* Num autem denique Reip. homicidæ noceant, nulla indiget probatione? quippe cum Respubl. (cujus multum interest, homines conservari, & eorum adjectione Imperium ampliari. *l. 7. §. si plures. 3. ff. d. bon. damn.*) iis privatur. Id quod etiam confirmat *Cic. 3. offic.* Sic enim ait: *si quis aliquem occiderit multum de communi utilitate detraxit.* Meritò itaque Magistratus pœnam justam & ipsis legibus præscriptam in hujusmodi homicidas exerceret, dann scribit Lauterbeck *in præfat. tr. Von peinlichen Fragen/ es nicht Haselmüß oder Rosennestel antrifft/ sondern des Menschen Leben/ so nicht wieder zu bringen/ viel weniger zu bezahlen ist.* Ex his facile colligere licet, peccantium multitudinem homicidiis ita impunitis indies magis magisque crescere & augeri. Deteriores enim sumus licentiâ & maxima illecebra spes impunitatis. Terent. *in Acaut,* imò ipse plagiarius, nisi scele- ris aliquando pœnas luat, majus aliquod malum brevi perpetraturus est, ut verè scribit Adam Sauer *im Straffbuch. p. 160.* Es soll die Straffe keinen Lieberlichen begeben oder nachgelassen werden/ damit nicht andere auch hinnach folgen.

XIV. *Huic similima & hæc est, quæ Princeps vel alius, penes quem summa potestas est, aliquem morte dignum, & mercedem sui facinoris semper expectantem dimittit, eiq; integram famam restituit.* Quod ipsum tamen Principes & status Imperii ob præceptum Dei gravissimum remittere non possunt. *Deut. XXII. v. 8. Exod. XXI. v. 12.* nisi velint cum Saulo regno privari, qui scil.

con-

contraxit offensam; quod misertus esset Agog hostium Regi,
quem prohibuerat divina sententia servari. 1. Sam. XV. v. 8. &
seqq. Vel cum Achabo asperam Spiritus Sancti sententiam au-
dire: quoniam virum morte dignum dimisisti, erit anima tua pro
anima ejus, & populus tuus pro populo ejus 1. Reg. XX. in fin.
conf. c. loci proinde 35. q. 9. Nov. 17. c. 5. Hinc cum Rex
Galliæ Ludovicus pius scelus alicui condonasset, & versic. 3.
Psalm. CVI. legisset: Beati, qui faciunt justitiam omni tempo-
re, protinus hominem revocari jussit, & gratiam prius con-
cessam irritam fecit, memorabili editâ sententia: Princeps qui
punire potest, crimen non punit, non minus coram Deo reus est,
quàm si id ipse perpetrasset. Camer. in hor. succis. l. 1. c. 100. Di-
stingvendum E. est inter crimina, quæ LL. divinis expressè: &
LL. humanis ultimo supplicio vindicantur. In his Princeps
clementiam suam exercere & ex misericordia pœnam condo-
nare potest, sed non nisi urgente Reip. necessitate nempe ob me-
rita personarum, virtutes & operas, quibus Respubl. carere non
possit. 1. Reg. 2. v. 26. Arnif. 1. Polit. 16. Heig. 2. q. 24. n. 33. Nam
Joh. Gigas in Explic. Evang. Domin. scribit: Es werden grosse
Schälte selten frömmen / wenn sie außgeben und ledig gegeben
werden / sondern heben gemeinlich an / auff ein Neues zu raubern/
stehlen / und mordten / darum / wenn Obrigkeit Erk. Duben gefangen
hat / und siehet ihnen durch die Finger / oder lasset sie wieder aus / ist
gleich als wenn du Bären und wilde Schweine aus deinen Garten
getrieben hättest / und lasset sie wiederum willig hinein kommen; Art
läst von Art nicht / und wo weder Haut noch Haar gut ist / da wird
kein guter Belz aus. conf. Oldetop. Observ. crim. obs. 5. num. 4. 5.

XV. Displicet & hæc consvetudo, quod ad mortem condem-
natus, si à Carnifice ad locum supplicii ducatur, puellâ nuptias ejus
postulante, pœnam mortis evadere possit. Gothof. ad l. 31. ff. d. pœn.
lit. u. & ibid. notat Chassaneus, se nullam hujus rei rationem affer-
re posse, nisi quod reo matrimonio concessio, major pœna indu-
cta videatur, quàm si mors esset indicta. conf. Magnif. Dn. Rich-
ter in question. Miscell. Jena 1626. excussis quest. 26. add. Siebenthal
in Colleg. Polit. Exer. 13. q. 8. Hinc rectè scribit. Bachov. ad Tr. 2

D. 30.

D. 30. hb. 3. lit. G. si conjunx intercessione sua à supplicio capitis liberare non potest, ubi tamen favor matrimonii considerari potest (excepto speciali casu adulterii simplicis sec. Constit. Elect. 9. p. 4. quando minus puella aut impudens potius scortum procaci suâ petitione efficere poterit. Nec obstat Christum ipsum album, calculum pro adultera tulisse, eamque impunè dimisisse. Job. IIX. v. 11. Christus enim tunc temporis non fungebatur Magistratus officio, sed sacerdotis, qui peccata remittit.

XVI. Lubet etiam hoc loco quærere, *An Carnifex, si primo ictu caput damnati non amputarit, repente lapidibus obrui possit?* Ob man einen Richter / so es ihme mislinge / alsobalden steinigen solte. Nos eam irrationabilem, injustam, & erroneam dicimus, cum ex hac licentia enormia propullulare soleant facta. Hinc erroneæ huic consuetudini sapientissimè obviam ivit Carol. V. in P. S. D. art. 97. in qua sancivit, ut, cum lictor, fractò post sententiam definitivam baculò, reum ad supplicii locum trahit, Prætor publicè Magistratus nomine sub capitali pœna denunciari jubeat, Carnificem nullo modo impediri, & licet eventus voluntati non responderit, nullas illi manus violentas injici. vid. Schönborn. lib. 3. Pol. c. 51. sententia enim suam debet sortiri effectum. l. 4. ff. d. usur. & non tollitur pœna, nisi sit integrè præstita, nec Deus tanquam justissimus vindex petulantiam hanc & seditionem contra judicium, quod ipsius est, impunitam finit, uti profert horrendum exemplum Lauterbeck im Regenten. Buch. p. 5. c. 9. Daß man sich an Gerichts. Dienern nicht leichtlich vergreifen soll. Hinc fustigatione plectendum esse eum, qui violentiam in carnificem commisit, præjudicio probat Magnif. Dn. Richter. Centur. Regg. Jur. reg. 2.

XVII. Nec prætereunda est isthæc consuetudo, quæ, denunciata damnato ad mortem executione, per triduum cibo potuque svariore pasci solent. Justam quidem & tolerandam dicimus, cum præprimis id fiat, ut obliviscantur egestatis suæ, & doloris non recordentur. Proverb. XXXI. v. 7. Verùm abusum hujus rei non possumus non culpæ, cum scilicet iisdem jam ad locum supplicii abiturientibus tantum vini exhibeatur, ut non modò doloris sui, sed & omnis rationis & orationis piarumque meditationum ob-

E

liviscan-

liviscantur. Meritò itaque talem consuetudinem Carol. V. in
P. D. art. 79. in fin. sustulit ibi: Und soll man ihme in dem Auf-
führen nicht zu viel zu trincken geben/ dadurch seine Vernunfft ge-
mindert werde.

XVIII. Nullius quoque momenti est hæc: ut si quis mulie-
rem de lupanari extraxerit, id in remissionem peccatorum ei profice-
re dicatur; alia quippe est remissio pœnæ temporalis, alia æter-
næ, & quemadmodum hæc non illi, sic quoque illa huic non præ-
judicat. vid. latius And. Gerhard. *quæst. illustr. Ex. ult. coronid.*
Illa verò ratio, quod uxorem ducere, pœna morti æqualis repute-
tur, in sanctum illum statum summè injuriosa est. vid. Bacchov.
ad Tr. 2. D. 30. th. 3. lit. g. Nimis quoque odiosa est isthæc: quod
in quibusd. locis exortis tempestatibus & tonitru campana undiqua-
que pulsantur, vulgò das Wetterleuthen. Cujus rei rationem,
non aliam reddere possunt, nisi quod tonitrua pulsu campana-
rum discuti & dissolvi dicant. Hinc meritò interdicta est in der
Churfürstl. Landes-Ordnung. d. ann. 1573. art. 39. Vom Gebrauch
der Glocken und des Rüstlers Leuthen ibi: sonderlich aber soll das
Aberglaubisch und Abgöttische Wetterleuthen (der Ursach die Glo-
cken im Pabstthumb mit lästertlichen Mißbrauch der Stiftung
Christi/geraufft werden/ daß sie die Krafft haben sollen / den Hagel
und schädliche Wetter abzuwenden) wo es im Brauch abgeschaffet
und nicht gestattet werden.

XIX. Item, quod quibusd. in locis cadavera mortuorum ob-
contractum as alienum arrestentur, & sepultura eorum prohibea-
tur, quod vetat l. 6. cum auth. item. & auth. sed neque C. d. sepulcr.
viol. quæ consuetudo crudelitatem in defunctos & beluinam fe-
ritatem redolet, cum sepultura & hostibus debeat. Grotius.
d. jur. b. & p. L. 2. c. 19. n. 3. quam ne Ethnici quidem ulli hominum
negarunt, quæque non tam homini sive personæ quam humani-
tati i. e. naturæ humanæ debetur naturâ & jure gentium. Item. In
quibusdâ locis Germaniæ invaluit, quod si curru everso homo in-
terficiatur, currus, quadriga, rheda, equi, boves & que vebuntur,
cedant Magistratui. Wehr. d. l. Item: Daß wenn ein Stades
Kind / so aliàs jure nativitatis & originario das Stadt Rechte
hat / auffer der Stadt eine zur Ehe nimmt / und auffer der Stadt
Hocho

Hochzeit hält/und das Beylager nicht in der Stadt verbringt/so hat es dadurch *jus civitatis* verlohren / quam hodiernum etiam Antverpiæ jure municipalis observari tradit Wesenb. *conf. 1. n. 12.*

XX. An & ad hanc classem, ut quibusdam videtur, referri possit mos ille ubivis ferè locorum & omni ævo receptissimus, *ad equales haustus bibendi, quibus plenis ampullis se strenui Bacchi Athletæ & combibones obligant*, daß sie ganze Humpen oder gewisse Pässe austrincken müssen. Nos nihil temere decidimus. Quibus rigidè & indistinctè affirmativa placet, moventur, cum quod peccetur in justitiæ distributiæ regulas, urgendo ad haustos æquales corporibus, viribus & usu bibendi, servando ita non Geometricam proportionem, tum, quod multorum sit fœcunda mater peccatorum, meritò ista immoderata adhibendi consuetudo lege publica abrogata est in Comitibus Augustanis *d. ann. 1500. 1530. 1548. sub rubr. Vom zutrincken. ibi: Nachdem aus dem zutrincken viel Lasters / Ufels und Unrechts; daraus Gotteslästerung / Todtschlag / Ehebruch / und dergleichen Ubelthaten gefolget / auch solch Laster den Teutschen / derer Mannheit von Alters hoch berühmt / bey allen frembden nationen verächtlich etc. add. Das Fürstl. Sächs. Aufschreiben / welcher Gestalt dem leidigen voll-zu- und gleich sauffen zu steuren de dato Gotz. d. 1. Julii 1646.*

XXI. Ex consuetudine *opifices quasdam personas ut turpes in Collegia sua recipere recusant*, nempe Filios Textorum, Molitorum, Barbitonorum, Opilionum, Publicanorum, Bulneatorum, Tibicinum &c. quæ ut odiosissima per Carol. V *in Reform. Pol. d. ann. 1548. tit. Von Handwerckes Söhnen / est abrogata ibi: Gesen ordnen und wollen demnach / daß die Leinweber / Müller / Walbierer / Schächter / Zöllner / Bader / Pfeiffer und Trommmer und die deren Eltern / davon sie geböhren sind / und ihre Kinder / so sich ehrlich und wohl gehalten haben / hinführo in Zünfften etc. keinesweges außgeschlossen / sondern wie andere Handwercker auffgenommen und darzu erzogen werden sollen. Nobiliss. Dn. D. Fritsch. tr. d. Monopol. c. 13. n. 2. Inde etiam Georgius Beatus. in Centur. sentent. Saxon. casus varios ponit, inter illos etiam quarit: Ob eines Sauschneiders Tochter am Vortanz gut gnug sey? Quod asseritur.*

XXII. Nec hæc valet: Ut, quod unus cepit, alteri perficere ne liceat, daß was einer aus den Zunffegenossen angefangen oder zugeschnitten/der ander nicht ausmachen dürffe *per l.un. C.d. Monop. conf. Carpzov. p.2.c.6.d.11.n.4. Dan. Moler. lib. 2. semestr. c. 15.* Plane enim irrationabilem esse & pugnare cum iustitia & caritate Christiana post alios scribit. Dn. Fritsch. *d. l. c. 12. n. 13. conf. Coburg. Landes-Ord. art. 58.* Item. Daß die Lehrjungen nach außgestandenen Lehrjahren gehobelt / geschwärzet / geschlagen / & nescio quid aliud mit ihnen getrieben werden muß / quibus tamen nec salus opificiorum promovetur, nec honestas publica defenditur, sed potius infringitur. vid. Dn. Reichenbach. *disp. inaug. d. l.*

XXIII. Nec valet, quod injuriam passo exercitium opificii interdicitur, donec per recantationem idoneam satisfactionem sibi quaesiverit: Legen dem gescholteneu das Handwerck ein / biß er sich gerechtfertiget / und seine Sache außgeföhret / und seinen ehrlichen Nahmen sich widergeben lasse. Hujus autem erroris origo inde dependet, quod opifices famam alicujus per contumeliam verè violari & actionem ad palinodiam esse criminalem arbitrentur, sed neque criminalem neque Civilem esse, sed tantum ad illum finem moribus inductam esse, ut fiat restitutio famæ & honoris, attestatur Dn. Hahn. in *Wesenb. d. priv. delict. n. 4.* quamvis per injuriæ illationem fama non tollatur, ex errore saltim vulgi creditur tale quid fieri, daß einer dadurch unehrlich werde. Ab imperita enim multitudine qui pendet, inter magnos viros non est numerandus *Cicerone teste.* Hinc injuriam levem verè famam non tollere asserit *Wehn. obs. p. d. l. Hillig. Don. En. lib. 18. c. 7.* Humanus igitur est, ne quis propter levissimas injurias iracundiâ forte prolata societate seu ordine ut infamis ejiciatur. Hoc si procederet, nonne, injuriatore ante satisfactionem defuncto, injuriatus infamis maneret? Sed quis hoc dicat? Dicitur quidem injuriam ad infamiam fieri. *l. 1. §. 2. d. Injur. infamandi causa. l. 15. d. tit. Propriè autem loquendo famam non inquinat. Freher. lib. 2. d. existimat. c. 10. n. 6.* Perperam inde imperiti Procuratores & communiter libellorum supplicum Compilatores die Supplication Steller hujusmodi utuntur formulis: Er hat mir meinen ehrlichen Nahmen und Leumund abgeschnitten / mich meines ehrlichen

lichen Namens beraubet: Cautius, enim mercarentur si scriberent: Er hat sich gelüsten lassen/nich an meinen ehrlichen Namen anzugreifen. Tam diu igitur injuriatus in Collegio opificum debet tolerari, donec vincatur facinoris incusati. Dn. Bechm. *Exer. III. d. ll. obs. p. 7. n. 67.* id quod etiam confirmat præjudicio Magnificus Dn. Richter. *in Centur. Regg. Jur. reg. 2. in fin.* Daß Dietrich N. wieder einzunehmen und im Handwerk zu leiden/ bis derjenige die Dieberey / so ihm Schuld gegeben/über ihn außgeführt.

XXIV. In hunc censum Joh. Althus. *in Pol. s. 32.* refert. *Sortiarios seu Sortilegos die Glückstöpffspieler / qui questus faciunt ex cara rerum suarum distractione; plures verò alii pecuniam inferentes, damnum sentiunt, lucrandi spe illecti.* Tales professores urnæ seu ollæ fortunæ Glückstöpffe non immeritò inter causas paupertatis civium recenset Bortius *L. 4. p. pol. d. caus. morb. civ.* cum summa subsit inæqualitas. Lathar. *d. censu L. 3. c. 15. n. 40.* adeoque fors sæpe deerret ad parum idoneos, teste Tacito. *13. Annal.* atque temerè jactantes lucri avidi unìco jactu omnia sua bona periclitentur, unde discordiarum semina gigni solent, ut docet post alios Magnif. Dn. Præses. *Ex. XV. Th. 58. add.* Daß Theologische Bedencken vom Glückstöpffe D. Conradi Schlüsselburgi, daß der Handel mit dem Glückstöpff unchristlich / ängstlich / und schädlich sey / und könne nicht mit gutem Gewissen unter ehrlichen Christen getrieben oder vergönnet werden. vid. latinus. Dn. Fritschius. *d. l. c. 12. n. 31. 32. Besold. Th. pr. voc. Glückstöpff.*

XXV. Nec sicco pede prætereunda erit; quod, cum Judæis à nonnullis Principibus privilegium tradatur, inde non possint conveniri rei vindicatione, nisi Dominus offerat pretium. Quod etiam dispositum ita reperitur *in art. 7. lib. 3. Landr. ibi: Was aber aber der Jude etc.* Verum quis est, quin videat, ejusmodi privilegia foeneratoribus & Judæis concessa ad non modicam suspicionem avaritiæ & foenoris non solum fenestras sed & bipatentes portas contra ipsos concedentes aperire, qui materiã quasi præbent & occasionem augent delinquendi, quod fieri nec potest nec debet *per l. 1. pr. d. Sct. Maced. l. 5. ff. d. pact. dotal.* Damhouder. *in tr. crim. t. 117. n. 7.* Hinc jure merito hoc privilegium

improbari probat fufius B. Pingizer. *quest. 49. n. 19.* & jam alleg. dispositionem Jur. Sax. hodiè extinctam esse testatur Schulz. in *Synops. f. d. oblig. q. ex del. Wehn. d. l. voc. Gewohnheit. & Carol. V. Ordin. Pol. zu Augspurg. d. ann. 1548.* sancivit, Judæos etiam, teneri, res furto ablatas absq; pretii refusione restituere. in *rubr. Von Juden und ihren Wucher ibi: Daß sich auch die Jüden der gestohlenen oder raublichen Haab und Güter zu kauffen enthalten/ oder/ do sie hinter ihnen befinden/ daß dieselbe dem jenigen/ dem sie zuständig/ und dasselbe darthun und beweisen würden/ ohne alle Eingeldnuß wieder zugestellet und gefolget werden/ quod & renovavit Rudolph. II. in Comitibus Francof. ann. 1607. ead. rubr.*

XXVI. Non rarò lis inter hodiernos: *Num Carnifex laboret infamiâ?* quamvis quidam sint, quibus allubeat illud affirmare, tamen opinionem ex rationibus Juris vix ac ne vix quidem obtinebunt. Carnifices saltem turpes personas esse, non verò infames tradit Schneidevv. *ad §. non autem n. 17. f. d. inoff. testim.* Et licet nonnulli viles homines vitæ conditione his accenseant, Gom. *1. resol. 11. n. 38.* separat tamen ab infamibus utrisque personas humiles ac viles Hillig. in *Don. En. lib. 18. c. 6. l. 1.* qui nempe integra non sunt dignitate, non ex delicto, *sed ex sordido vite genere vel questu illiberali,* in quibus, ait, esse ultimos negotiatores i. e. propolas, qui mercantur à negotiatoribus majoribus, quod statim minuatim revendant vulgò die Höcken/ qui nihil proficiunt, nisi admodum mentiantur. Bodin. *3. d. Rep. 3. num. 285. & c. 8. num. 361.* quibus addit Carnifices, latrinarum, purgatores, cerdones & opifices sordidos pluresque alios, qui *levi tantum nota macula* laborant. Et exinde consuetudo ista, non abs re irrationabilis dicitur, *cum opifici ob id quòd cum carnifice edit, bibit, contrahit & alio modo conversatur, opificium prohibeatur, isque ob has causas è Collegio ejiciatur.* Et negativè respondisse Colleg. Jen. M. Martio 1631. ad requisitionem Dts Heinrich Wahls/ Henebergl. Nachrichters zu Meinungen/ refert Magnif. Dn. Richter. *p. 2. Decis. 8. n. 20.* Daß kein Nachrichter seines Standes oder Amptshalber für unehrlich zu halten / inmassen den andern Leuthen / so mit ihnen Essen/ Trincken und nach Gelegenheit umbgehen/ derenen egen ihr zünftiges Handwerck zu legen und

445

und ihrer Aempter zu entsetzen keines weges gebühret noch zulässig:
die Feldmeister betreffend/möchte derer mit andern habenden con-
versation denselben einen Vorwurff und auffruck geben. B. R. W.
Huic controversiæ & hæc subjungenda est: Ob einen Fleischhau-
er/ weil er einen Hund zu todt geworffen/ das Handwerck untüch-
tig machen könne? Item quæstio: Ob selbtgen/demeine Kuh oder
etliche Schaffe gestorben/und er solche selbst abdeckt / das Hand-
werck darum zuverbieten: ad quas quæstiones Consistoria Saxo-
nica, habitâ maximè circumstantiarum ratione, negativè respon-
dissè, interdum quoque mulctam decrevissè, testatur Speidel. *in*
notabil. Juridico. Histor. Polit. sub voce Handwerker.

XXXII. Hic quoque mentio aliqua facienda est consuetu-
dinis in multis Germanicæ Provinciis etiamnum usitatæ, quæ vo-
catur das Baar-Recht/ quâ, cum de authore coedis dubitetur, ad
requisitionem amicorum occisi vel ex officio Magistratus ii, qui
conflictui interfuerunt & suspecti habentur, ad occisum perdu-
cuntur, ut digitos suos applicent, & si vulnus tactum sangvi-
nem emittat, verus homicida manifestari possit. vid. nervo-
sè differentem Besold. *d. l. voc. Baar-Recht.* An & illa
irrationabilis dici possit? Irrationabilem quidem hanc con-
suetudinem non dico, cum exempla historica non tantum sed &
ipsa experientia testetur, inveterato hoc inquisitionis remedio
multos homicidas non sine justo ultionis divinæ argumento, aliis
accedentibus indiciis & suspicionibus fuisse convictos, & justo
supplicio sublato. Zieriz. *ad constit. crim. art. 149.* Hic lubet ad-
scribere historiam sequentem: *In Holsatia viatorem interfecerat*
latro. Cum verò reperto cadavere non liqueret Senatui, quomo-
do ulcisci debet cadem istam, (fugâ enim sibi consulerat homicida)
cadaveris illius dextram resecari, eamque in carcere pnblico su-
spondi curavit. Pependit illa per integrum decennium in ultâ,
omnisque spes futura vindicta abierat, cum adveniente illo, qui ca-
dem commiserat, & carcerem istum (non sine divinæ Nemesis instin-
ctu) impunè ingressus erat, manus ex tignò pendens quasi ex recenti
vulnere multum stillavit sanguinem. Hinc factum est, ut Magistra-
tus, cum nullò labore verum ex homine elicuisset, rota illum, ut me-
ritus,

ritus erat, damnaverit, memorat B. Harßdörffer im Schauplatz jämmerlicher Mordtgeschichte hist. 166. p. 592. Illud autem ex causis naturalibus sapientissimo etiam incognitis, demonstrari nequit, cum corpora mortuorum sint exangvia, nec ulla vis cadaveri frigidus insit, quæ agere sanguinem valeat, & cum incertum sit, Besoldo teste. d. l. an divinitus vel Dæmonis cujusdam præstigiis & illusionibus cursus ille cruoris moveatur, pro indicio, quod ad torturam sufficiat, idoneo judicari non debet. Carpzov. P. crim. p. 3. q. 122. n. 28. Nam sæpius etiam deprehensum est, occisorum corpora, præfente interfectore nihil stillasse sanguinis, & contra sanguinem promanasse præfente dilectissimo & charissimo, teste Dn. Liebenthal. in Colleg. Ethic. Exerc. 2. in fin. Aliæ quoque sanguinis è defunctorum corporibus stillationes signari possunt v. g. illa, de qua Joh. Regnerus. in der Lübeckischen Chronick. lib. 3. f. 171. An. 1532. scribit: sonderlich ist hier zu merken / daß als der löblich friedsame König Friedrich / der Erste dieses Namens in Dennemarck gestorben / und auff der Erden gestanden / und darzu mit Balsam und Wachfrüchern in einem verbichtten Sarcf verwahret worden / hat doch der Leib hernach geblutet / also / daß das Blut durch den Sarcf heraus gestossen ist / daß man Gefäß untersehen müssen das Blut darein auffzusamlen / und weil das Bluten aus einen toden Körper nicht natürlich gewesen ist / hat Gott ohne Zweifel hiermit wollen anzeigen / die greuliche Straffe und Blutvergiesen / so bald hernach geschehen und gefolget etc.

XXVIII. Nescio sane unde ordiar, cum dicendum mihi etiam jam non nihil sit de operis rusticorum suis Nobilibus præstandis, tum nim. illi exactionibus ac verius tribulationibus in immensum crescentibus ita premantur, ut modus iste operas præstandi in intolerabiles servitutes abierit, uti consuetudo (plane irrationabilis) & subditorum querimoniarum testantur, de quibus non pigebit consuluisse Amplissimum Dn. V. L. Göckeln rerum Feudalium Secretarium Gotæ, Dominum ac Benefactorem meum perpetim devenerandum *in solidissima disput. d. Oper. & servit. Rustic.* sub eod. quo ego utor Præsiede habita: Verum his, quæ hætenus mutuatus sum ab aliis, ob chartarum angustiam plura jam non apponimus.

ARTI-

ARTICULUS IV.

disquisiturus

PROBATIONEM ET CONSER- VATIONEM.

I.

Succedunt nunc justo ordine ea, quæ ipsam jam inductam con-
sequuntur consuetudinem. Ejusmodi IV. sunt (1) *Probatio*
(2) *Conservatio* (3) *Interpretatio* (4) *Effectus*. Probationem,
quod concernit, sciendum, quod consuetudo sit facti, Jacob.
Schulz/ ad Modest. Pistor. p. 1. quæst. 37. n. 11. facta verò non
præsumantur, sed & prudentissimos fallant, adeoque probatione
indigeant non tantum in genere sed & insuper hoc præcisè re-
quiritur, ut demonstret probans in hoc vel illo speciali casu, de
quo est controversia, consuetudinem esse inductam. Dn. D.
Bechm. d. l. obs. p. 2. Nec obest, quod consuetudo sit jus, jus au-
tem probari non oporteat ratione formæ & essentiæ, habito ve-
rò respectu ad inductionem, dum ex moribus, actibus & factis ho-
minum introducitur, facti est, licet ipsa consuetudo, ex qua
constat, esse inductam, sit jus. Magnificus Dn. Præses.
Ex. 2. thes. 21. Vel: quod dicitur jus non probari, intelligendum
est de jure scripto, non verò consuetudine. Illud enim quia in pub-
lica monumenta plerumq; redigitur, aut ita promulgatur, ut o-
mnibus notum certumq; esse possit, probatione non indiget: Con-
suetudo verò, utpote in facto consistens, prorsus incertum est jus,
& plurimos latet l. 2. d. jur. & fact. ignor. nec omnes scire tenentur,
probatione opus habet. Coras. d. art. jur. p. 2. c. 10. Hinc qui se fun-
dat in ea, plenè, specificè & exactè cum suis requisitis eam tenetur
probare, & de præsentis non præsumitur in præteritum, nisi quan-
do præsens & præteritum habent in se quandam conformitatem,
ut qui de præsentis natus est, sequitur per necessariam consequen-
tiam, illum fuisse conceptum. Christinæus. D. cur. Belgic. l. d. 185. n. 38.

II. Probatur autem consuetudo vel testibus vel scriptura.
Testibus, qui partibus citatis producti deponant, aliquid ita in e-
jusmodi casibus & actibus, idque frequenter publicè, præsentibus

F bus



bus multis personis sine interruptione observatum esse, idemque à Majoribus se audivisse. vid. Magnificus Dn. Præses *d. l.* Christinaeus. *d. l. n. 27. & seqq.* Testes autem in tempore & identitate convenire debent, aliàs si de diversis actibus deponant, fidem non faciunt; ex difformibus enim probatio nulla inducitur. Unde judici incumbit diligenter omnia rimari, siquidem etiam aliàs dignitas, aliàs numerus & consentiens fama confirmat rei fidem. vid. Mascard. *d. probat. 1. concl. 424. n. 14.*

III. De numero testium controvertitur: quidam *duos*, quidam *decem*, quidam *majorem partem Civitatis* requirunt. Verum quamvis tutius sit pro probanda consuetudine, plures producere, tamen si ex his *duo tatum maximè senes*, ita semper observatum esse, nec se meminisse contrarium, testentur, consuetudo sufficienter & plenè probata conficitur, teste Magnifico Dn. Præsede *d. l.* Salazar. *d. usu & consuet. c. 7. num. 20.* Mascard. *d. l. n. 4. & 13.* Similiter nec Doctoris simpliciter de consuetudine attestantis testimonium plenè probat, Idem *d. l. & l. jurisjurundi 9. C. d. testib.* quia consuetudo non ex arte discitur, sed ex usu observatur & actibus, adeoque factis, quod firmam probationem opus habet, constat. Si autem iudex vel etiam Scabinatus aut Facultas Juridica plures ex actibus publicis adducat actus, in quibus hoc vel illud diu observatum, consuetudo rectè erit ostensa. vid. post alios Magnif. Dn. Præsides. *d. l.*

IV. *Scripturam* probatur consuetudo, si memoriae causa (1) *in scripturas sit redacta*, quod propter sumtus & lites minuendas utile est. (2) *rebus judicatis*, quæ in acta publica referri solent. Mascard. *vol. 1. concl. 427.* & ita sententiam iudicis probatur consuetudo, quæ jam invaluisse dicitur, non ut iudex constituat, sed eam, quæ jam est, detegat & declaret. Non enim iudicata res facit consuetudinem, sed populi consensus frequentibus actibus declaratus.

V. Consuetudinis Conservatio consistit vel maximè in assidua actuum exercitatione, ut non solum ipsi actus, modò detur exercendi eos occasio, in recenti populi memoria usuque perpetuo, verum etiam effectus eorum diligenter serventur, si sc. consuetu-

447
fvetudinẽm transgredientes puniantur & juxta eãẽm aliarum legum & jurium fiat interpretatio : Neglectis autem effectibus, vis omnis eorum amittitur, & desuetudo legum & consuetudinis oritur.

ARTICULUS IV.
ET ULTIMUS
disquirit
INTERPRETATIONEM, EFFECTUM
ET CONTRARIA.

I.

Quemadmodum autem lex propter casuum varietatem interpretatione indiget, sic quoque consuetudo, licet discrimen aliquod inter interpretationem juris & consuetudinis intercedat. Nam juris scripti interpretatio occupata est tum circa verba, tum voluntatem legislatoris. Verum consuetudinis interpretatio rem non habet cum verbis, cum sit jus non scriptum, nisi per accidens in scripturam memoriae faciliorisque probationis redacta sit, sed saltem mens & voluntas populi, qui vicem legislatoris sustinet, exquirenda esse videtur, an in omnibus casibus, unã circumstantiã diversis, observandam, & sic pro ratione modò restringendam, modò extendendam, an verò in similibus & nullo modo disparibus casibus custodiendam consuetudinem voluerit. Verum hoc probandum difficultate non caret, cum initium consuetudinis, & ita ratio ejus plerumque ignoretur de certis casibus introducta esse putatur, & strictissimi juris esse dicitur, adeoque strictissimè etiam interpretanda, neque pro lubitu extendenda de casu ad casum similem. Carpz. *l. 1. tit. 9. Resp. 88. n. 9.* Everhard. *cons. 38. u. 9.* aut de persona ad personam. Dn. Carpzov. *l. 2. t. 2. Resp. 12. n. 20.* aut de loco ad locum. Klock. *Relat. vot. Cameral. 5. num. 310.* sed strictissimè ei est inhærendum. Carpz. *Jtia Consist. l. 1. t. 8. d. 134. n. 9.* ac præcisè secundum eam judicandum. Marquard. *l. 2. d. jur. Mercat. c. 13. n. 16.*

II. Accedit, quod consuetudo, si contrarietur legibus, odiosa censeatur, odiosa autem non sunt extendenda, licet certo re-

F 2

spectu

17
spectu etiam favorabilis dicatur nempè resp. populi introducentis, & legem imitetur. Et si rationis identitas svadeat, aut inter casus non magna intercedat discrepantia, uniusq; decisio alteri causæ decidendæ lucem afferat, consuetudo quoque extendi, aut si ratio ejus postulet, pro modo restringi poterit, quasi id agens populus ita voluerit. Requiritur E. in his maxima judicis prudentia. vid. latius B. Frantzki in *disp. ad l. 1. C. quæ sit long. cons. memb. 1. concl. 5. & memb. 2. concl. 2.*

III. Effectus consuetudinis principalis & generalis est. Nam constituit (1) jus, & cum legibus & jure nostro scripto coincidit secundum expressos textus, quibus eadem vis & effectus, qui juris scripti est, ei tribuitur. Dicitur enim inveterata consuetudo pro lege observari *l. 33. d. ll. legem imitari §. 9. d. j. n. g. & c. l. ult. C. quæ sit long. cons.* tam quoad juris auctoritatem, quam poenam transgredientium. *Carpz. 2. 7P. Constit. 1. d. 8. n. 3.* (2) obligationem operatur. Nam sicuti jus scriptum ad obœdientiam & poenam obligat. *Wesemb. in π, d. ll. n. 9.* ita æquè consuetudinis transgressor puniri, quàm qui legem scriptam transgreditur. *Frantzki. Comm. ad ll. n. 123.* *Salazar. d. l. c. 7. n. 15.* ideò judex accuratè inspiciat, quid in quolibet loco receptum sit. Nam quæ moris & consuetudinis sunt, maximè & inviolabiter observari debent. *l. 31. §. 20. w. d. Edil. Edict. l. 6. C. d. servitut. & aqn.* Effectus generalis est (3) quod legem interpretetur. Unde cum quærat de interpretatione legis, præprimis attendendum est, quo jure Civitas à multis retro seculis in ejusmodi casibus usa fuerit. Optima enim juris & legum interpretes est consuetudo. *l. 37. ff. d. ll. add. Regner. in censur. Belgic. ad h. l.* tum quod ab his, quæ usu recepta sunt, & antiqua praxi comprobata, facile recedendum non sit, *Jac. Schulz. ad Mod. Pistor. p. 2. q. 72. n. 45.* quamvis postea appareat, sensum non satis probum esse. *Idem p. 3. q. 123. n. 94.* (4) quemadmodum Legis vis inter alias hæc est, ut posterior tollat priorem *l. 28. ff. d. ll.* ita consuetudinem quoq; posteriorem tollere priorem vel consuetudinem vel legem scriptam necessum est *§. 11. Inst. d. j. nat. g. & c. Mæstert. l. 1. Dub. 19. p. 57.* Neque tamen consuetudo majorem vim habet atq; auctoritatem, quam lex quoad vim obligandi seu fortioris obligationis, sed vis abrogativa consistit in tempore posteriori, ex quo pro ratione status præsentis, justis de causis prior antiquanda fuit.

V. Con-

V. Contraria consuetudinis sunt lex abrogans eam, contraria consuetudo, desuetudo & non usus, & si jus scriptum possit abrogari, quidni non scriptum. Abrogatur autem consuetudo (1) *lege*, quando sc. expressa lex ab eo, qui potestatem habet condendi leges & statuta, conditur. (2) *contraria consuetudine*, quando tot actus contrarii exercentur, ex quibus consensus populi inducendi illam manifestus est, ut testatur Magnus & nunquam satis laudatus Dn. Præses. *Ex. 2. rb. 23.* (3) *Desuetudine*, quando scil. longo tempore nulli actus consuetudinis, cum tamen exerceri potuissent, & debuissent, amplius exercentur, sed omnino intermittuntur. (4) *Non usu* verò, quando non occurrit casus, vel si accidit, homines non fuerunt usi consuetudine in tali casu, nec tamen fecerunt contrarium, consuetudo non abrogatur, quia non est actio neque omissio moralis.

VI. Hæc, non quidem pro materiæ dignitate, sed instituti ratione dixisse sufficiant: Etsi enim plura sint, quæ haud incommodè huc referenda, iniquis tamen temporis spatiis excludor, imò ipsa ingenioli tenuitate prohibeor. Saltem hoc mihi excusationis loco sit, si omnia non arrideant omnibus, quod in convivii obtinet, ubi, etiam si à plerisque cibis abstineant singuli, totam tamen cœnam laudare vel propter ciborum diversitatem, vel variam coctionem & paratum solent. Si itaque nonnullis displicere, quæ hætenus certâ quadam serie in paropside quasi in mensam apposuimus, animum suum iis quæ sine ordine & decore jam jam subtentur, exsaturent.

Sit itaque quæstionum Symposiaticarum
prima.

AN Dominus columbarum damni nomine teneatur, quod illæ vicinorum agris inferunt? Affirm. Lex enim noxiam seu pauperiem non quadrupedem modò sed & alterius cujuslibet animalis vindicat *l. 4. ff. si quadr. pauper. forciss. dic.* ergò & detrimenta, quæ à columbis culpâ dominorum inferuntur, præstari debent. Semper enim qui occasionem damni præstat, damnum dedisse videtur. *l. 30. §. 3. ff. ad L. Aquil.* & præclare Moyses. *Exod. XXI. v. ult.* Præprimis verò rationi maximoperè convenit, eum, qui frequentem columbarum gregem habet, omnia detrimenta, quæ vicini inde traxerint, præstare. Hinc meritò in Rebus publ. benè constitutis certus numerus columbarum secundum numerum cujuslibet agrorum

constituitur: videatur Gothische Landes-Ord. part. 2. tit. 24. ubi a-
missione columbarum & poenâ semis modii avenæ sancitum: Daß
auf eine hufen Landes nicht mehr denn acht paar Tauben gehalten
werden sollen/ aber die/ welche keine halbe Hüfe im Felde haben / weder
in Städten noch Dörffern Tauben halten mögen.

II. Unum quemq; in suo fundo pro lubitu ædificare posse, no-
tissimi juris est l. 10. C. d. edific. priv. l. 26. ff. d. damn. inf. sed quæritur:
num vicinus ædes suas novas tam arctè apponere possit ædibus vi-
cini, ut stillicidium, quod ante exstructionem novi operis in terram
decidebat, novo jam ædificio suscipiatur: Daß die Trauff so bald auf
sein neu-aufgeführtes Gebäude/und dann in seinen Hoff falle? Affirm.

III. Quonam supplicio delictum istud puniendum sit, cum fœ-
minæ juvenes artibus magicis in capro sibi advehi curant: Wenn sie
die jungen Gesellen auff dem Boock holen lassen? Disting. si animus no-
cendi & pactû cum Diabolo adsit, flammis concremandæ sunt. Ve-
rùm in nostro hoc casu animus nocendi infœminâ non præsumitur,
imò amoris causa potius incantationibus usâ fuit, sepositâ severiori
mortis poenâ harum vetularum petulantiam extra ordinem arbitrio
judicis puniendâ esse svadet *Constit. Crim. Car. V. art. 109.* In foro ve-
rò Sax. hujusm. arioli fustigatione & perpetua relegatione puniri so-
lent, prout tradit Georg. Schulz. *Synops. Inst. d. publ. jud. lit. s. Carpz.*
p. 4 c. 2. d. 9. ubi vides subnexum præjudicium: So wird sie ihrer Ver-
brechung wegen mit Staupenschlägen des Landes ewig verwiesen. D.
R. W. Eâdem fere poenâ afficiuntur Sortiarii die flugen Frauen oder
Geegensprecher/qui conceptis verbis ignotis, quibus sæpe Nomen
SS. Trinit. aut benedictio divina immiscetur, amuletis superstitiosis
de collo suspensis morbos supraphisicos curât vel fascinationes de-
pellunt, res furto amissas recuperant & furem significant. Priusquâ
autem tali poena plectantur, ministris verbi divini committuntur, qui
eos institutos â superstitionibus deducunt. *Carpzov. d. l. def. 8.*

IV. Juvenis cum virgine ante cœnam saltans cupidinis telo sauciatur, incipit
eam amare & peramare, & postea inter cœnam utrinq; promittitur matrimoni-
um, consentiente juvenis matre, quam parentem adhuc unicam, mortuo patre, ille
habebat. Sed virginis parentes prorsus consentire nolunt, tandem verò mortuâ
matre juvenis efficitur heres & dominus omnium familiæ suæ bonorum: Id verò
olfacientes parentes virginis lubentes & sponte suâ matrimonium illud appro-
bantes, juvenem, ut filiam suam in uxorem ducat, admonent. Sed juvenis suo vi-
vens genio & ingenio, matrimonii prius promissi consummationem nunc planè
refusat, & virginem, sponsam olim suam repudiat: Quæritur an rectè? Quod
affirmamus.



Fortis conscendas cathedram, Meerbachia
proles!

Victor descendas præmiaque inde feras!

Ex animo ita gr.

Christoph. Philip. Richter / D. Com. P. C.
Fac. Jur. Ordinarius & P. P.

Consuetudo Tibi fuit hætenus, optima semper
Doctorum fixâ volvere scripta manu,
Hinc doctum promis de *Consuetudine* scriptum,
Quod Tibi pro multò multa labore dabit.

Eximio Dn. Respond. amico meo dilecto erudite hujus Dis-
sertationis Autori benevolè gratulor

Georgius Adamus Struve / D.

Mores sectatus rationi convenientes
Scire suum in cathedra moribus, ecce, probat.

Gratulab. deprop.

Erhardus Weigelius P. P. Alumn. Inspector.

Quis juris non-scripti & consuetudinis usus
Sit, tua, Meerbachi, pagina docta docet.

Hicce probas STRUVII Te consuevisse celebris
Noctes atque dies incubuisse libris.

Perge, choro Themidos posthac bona prælia misce,
Præmia digna tuâ sedulitate feres.

*Hicce Dn. Autori ac Respond. gratulari, industrios conatus laudare,
ac ad ulteriorem studiorum cursum optima quæq; precari voluit*

Georgius Rumpel / t. t. redituum Ducal. & Di-
strictuum Jenensis ac Burgaviens. Præfectus.

Egregium verâ de consuetudine scriptum
Scripsisti propriò Chare, labore tuo;

De quò perdoctum Magnò sub Præside habebis
Certamen dicens, quî sit habenda, tuis.

Hinc

Hinc ex sincerò, certus Tibi, pectore grator,

Et, quò sis Patriae splendor honosque, precor.

*Properante calamo suo Amico percharo hæc in honorem ex
verâ benivolentiâ adponere voluit, debuit*

M. Paulus Gottlieb Berlichius, P. L. C.

Dic age MUSA, meos inter cur unus Amicos,
MEER-BACH, de MARIS nomina fonte tulit?

Ecquid avita domus Titulum largitur: an ipsis

Nominibus felix NOMEN & OMEN inest?

Et Titulum DEA respondet, domus optima confert,

Et sua sub Titulo mystica sensa latent,

Nam veluti pigrum vincit splendore liquorem,

Purior electrò qui secat amnis agrum:

Sic reliquam morum decore & pietate juventam

Vincit, & hinc felix NOMEN & OMEN habet,

Tùm veluti tenuis fugiens per gramina rivus,

Murmure spectantùm pectora laeta facit:

Sic dum verba facit, dum JURIS pulpita scandit,

Jucundis animos afficit ille sonis.

Qui MARE, qui tellus, qui Coelum torquet & æther,

Adspiret coeptis prospera fata Tuis.

*Hæc paucula τῷ ὁμοτροπέζῳ seu σοσίτῳ suo Φιλιάτῳ
amicâ m. & m. εὐνοίας ἐνεκα L M Q. scbb.*

Nicol. Franckius Hartislebiâ Thur.

AMice Meerbach! dulcis Apollinis
Fili! Themistos miles acer sacra!

Is praeliarum? docta scandis

Pulpita? nonne pericla terrent?

Sed arma, dicis, sunt mihi, brachiis

Sub Strubiano tegmine fortibus

Memet tuebor. Nonne felix

Pellere sic potero sagittas?

Quin! vincere hostem quemque potes, tuam &

Si plura jungis praelia, floridam


Augere laudem, quò Parenti


Quòque Tuis placeas Patronis.

Scribeb. amicâ manu

Joh. Christianus Wenigerkind / Salzâ-Thur.

F I N I S.





64475

AB 64 475

ULB Halle 3
002 813 890



Tafel

R
VD 17





DE
d ca
niur
m co
n cur
isse,
fectu
stior
atus,
tioni
ctus
aliis
et.

N



B.I.G.

Farbkarte #13

KS 426
19

QUOD DEUSTER; OPT. MAXIMUS FELIX FAU-
STUMQUE ESSE JUBEAT!
AUTORITATE ET SUFFRAGIO
MAGNIFICI JURISCONSULTORVM ORDINIS IN
INCLYTO ATHENÆO SALANO
PRÆSIDE

DN. GEORGIO ADAMO
Struven/HEREDITARIO in Ulstädt/&c.
JCTO ATq; ANTECESSORE LONGE CELEBER-
RIMO, CONSILIARIO SAXONICO, CURIÆ PROVINCIALIS
ET SCABINATUS ASSESSORE GRAVISSIMO, FACULTATIS SUÆ SE-
NIORE: DOMINO PATRONO, PRÆCEPTORE ET BENEFICIIS
QUASI PARENTE NULLA NON FILIALI OBSERVAN-
TIA ÆTATEM SUSPICIENDO

RACEMATIONES JURIDICAS
DE
CONSVETUDI-
NIBUS, RATIONABILIBUS
ET IRRATIONABILIBUS,

PVBLICE EXAMINANDAS SISTIT IN ACROA-
TERIO JCTORUM HORIS CONSVETIS
THEODORICUS Meerbach/Ernstrodâ
Thüring.
AUTOR ET RESPONDENS.

JENÆ,
Typis JOHANNIS NISL. Ao. 1667.

